

Rd. 23.

TRACTATUS  
DE ORIGINE,  
PROGRESSV ET EXCELLEN-  
TIA REGNI ET MONARCHIAE FRAN-  
corum, & Corona Franciæ, Authore Domi. CAROLO MOLLI-  
NAEO Iurium Doctore, Franciæ & Germaniæ Iurisconsulto,  
Illustriss. Principum Regis, & nobilissimæ & Christiana  
Reginæ Nauarræ Consiliario, libellorumq; sup-  
plicum in eorum Regia Magistro.

*Proverb. 25. a.*

Gloria Regum est, inuelligare sermonem.

*1. Samuel. 2. g.*

Nunc autem, dicit Dominus, absit hoc à me: sed quicumque honorificauerit me, glo-  
rificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

*3. Esdra 4. d.*

Veritas magna & fortior præ omnibus, manet, & inualescit in æternum.

*Isaia 42. b.*

Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.

*Adiectus est INDEX, insigniora, quæ magna copia hoc Tractatu continentur, complectens.*



FRANCOFORTI,

Ex Officina Nicolai Bassæi, Impensis Sigismundi Feyerabendt.


M. D. LXXV.

TRACTATUS  
DE ORIGINE

PROGRESSU ET EXCELLEN-  
TIA REGNI ET MONARCHIAE FRAN-

CAE ET CORONAE FRANCICAE, AUCTORE DOMINO CAROLO MOLLI  
MAGISTRO PRAEPOSITO REGII, ET NOBILISSIMO ET CHRISTIANO  
REGNI FRANCICAE CONSILARIO, BELLOVACENSIS SUP-  
PLECTORUM IN CORONA REGIA MAGISTRO.

FRANCAE, 1711.  
Gloria Regum est, inter gentes sermonem  
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.



FRANCOFORTI  
Ex Officina Nicolae Bassenbergeri in Signummi F. Gerbardi  
M. D. LXXV.

F  
O  
P  
7  
m  
ch  
tin  
m  
m  
fa  
ct  
pu  
ru  
fu  
qu  
lit  
fi  
no  
ru  
&  
ci  
tu

PRÆCLARISSIMÆ,  
CHRISTIANÆ ET NOBILISSIMÆ  
PRINCIPI ICANNAE, REGINAE NAVARRAE,

*Carolus Molinæus Francia & Germania Iurisconsultus, Consilia-  
rius libellisq; supplicibus in Regia præfectus, successum &  
incrementum honoris & felicitatis per-  
petua desiderat.*



VVM à iuuentute mea, Heroïna generosissima, & præcellentissima, maximo semper affectu & honore profecutus fuerim nobilissimas illas & inclytas domos Borbonij & Nauarræ: eò amplius & penitus præcellenti maiestati tuæ addictus sum, in qua, & in generosissimo filio tuo Henrico principe felicissimæ indolis, & Regiæ spei, nobilissimisque tuis liberis celsitudines, & virtutes augustissimæ ambarum illustrissimarum domuum, vnitæ & coniunctæ sunt. sed longè altior, & præcellentior causa est, alliciens & (vt magnes ferrum) maiestati tuæ deuiciens pios omnes timentes & amantes Deum, & Iesum Christum filium eius seruatorem, mediatorem & redemptorem vnicum, Regem regum, dominum dominantium, nempe christianissimus ille & constantissimus zelustus sanctissimi & viuifici verbi Dei, magnæq; illæ virtutes, quas Spiritus sanctus tibi in seuit, & in te splendere, & opulenter sobolescere facit. Vt ergo publico quodam elogio humilem meum antiquum, fidelem, & syncerum affectum erga Maiestatem tuam profitear, Opusculum hoc meum sub tui nominis splendore publicum accipit, tuæque dicatur Maiestati, quæ iam dudum scit meam Iurisprudentiam, & antiqua mea sacrarum literarum, nec non antiquitatis, rerumque politicarum studia, pro defensione & propugnatione veritatis verbi Dei, veræq; religionis, sub imminente capitis, & facultatum omnium periculo insumpta fuisse, nec parum profuisse Reipublicæ & Coronæ Franciæ, quam maximo amore, & honore prosequeris, tibi que maximoperè multis nominibus deuincis, quorum amplior & celebrior memoria fiet, loco, & tempore opportuno, aspirante Deo summo patre luminum, qui tibi det regni sui incrementum videre, illud quoque redintegrare, & conseruare, & pacem Dei in vtrisque regionibus, & regnis Nauarræ & Franciæ.

Datum Parisiis die 7. Septembris, Anno *χρ1707*  
sesquimillesimo sexagesimo primo.

**EPITOME ORIGINIS ET EXCELLENTIAE  
FRANCORVM, ET CORONAE FRANCIAE.**

- 1 Nulla Monarchia, nullum regnum tandiu, quan-  
dium Francorum durauit.
- 2 Nullum quo ad ius succedendi similis regno Da-  
uidico.
- 3 Regnum primum per Nimbrotum Babylone ere-  
ctum translatum in Assyrios. 5.
- 4 Erectio turris Babel, punita confusione lingua-  
rum.
- 5 Primum regnum Assyriorum finit in Sardanapa-  
lo occiso ob suas libidines.
- 6 Chaldaea & Assyria duo sunt.
- 7 Idolatria incepit à primo regno Babylónico.
- 8 Prima Monarchia destructa fuit propter blasphemias, & Idolomanias. 10.
- 9 Secunda monarchia Persarum.
- 10 Tertia monarchia Graecorum.
- 11 Quarta Romanorum post 600. annum condita  
Romae.
- 12 Declinare cepit post obitum Theodosij Magni.
- 13 Tutores duo exteri fuerunt causa ruinae, & capti-  
uitatis, Romae 21.  
Sed Idolomania causa fuit. 20. 22.
- 14 Scandalum idolatrarum.
- 15 Beatus Augustinus vaticinatus est de Anticri-  
sto Romano.
- 16 Pape se exaltauerunt de ruina Imperij Romani,  
cuius locum occupauerunt.
- 17 Et mox usurpare voluerunt superioritatem, et ius  
appellationum in alias Ecclesias, sed fuerunt  
exclusi per sancta Concilia Africana.
- 18 Idolomania prostrauit Imperium Romanum. Le-  
ges dissimularices Imperatorum Christiano-  
rum non placauerunt iram Dei. 21.
- 19 Antiquissimum fuit regnum Aegyptium, sed  
multas interruptiones habuit.
- 20 Hispanorum regnum recentissimum.
- 21 Magna difficultate subactae sunt à Romanis Hi-  
spaniae.
- 22 Sed diutius sub Imperio Romano manserunt, quàm  
Galliae.
- 23 Hispani parum decore gloriantur se descendisse à  
Gothis, qui haeresim Arianam inuexerunt.
- 24 Unde, & à Saracenis Carolus Magnus eos libera-  
uit, postquam Romam liberasset ab impressio-  
ne Longobardorum, quorum regnum suppressit.
- 25 Hispani magis gratulari debent à Francis, quàm  
ab alia gente. & num. 31.
- 26 Gothicis legibus Hispanorum capitale est Imperia-  
lem legem allegare.
- 27 Sicilia horreum Romanorum.
- 28 Carolus Magnus diuisit Italiam inter se & Im-  
peratorem Constantinopolitanum.
- 29 Normani conquisuerunt & fundauerunt regnum  
Siciliae. num. 35.
- 30 Pape initio gratis infeudant terras alienas, postea  
grauem censum exigunt.
- 31 Fabulose historiae Angliae. 45. 46. 47. 48.
- 32 Imperator Seuerus primus totam Angliam subie-  
cit Romanis.
- 33 Qui nullum Regem patiebantur intra Imperium.  
num. 47.
- 34 Bassianus non erat Anglus, sed Afer, ex Lepta  
paruo oppido ad litus maris inter Syrtes, è cu-  
ius ruinis Tripolis constructa fuit.
- 35 Bassianus nisus est occidere patrem, fratrem verò  
Getam occidit Romae, & Papinianum, qui nole-  
bat excusare fratricidium. 42.
- 36 Anno 449. Anglia sic vocata fuit à Saxonis An-  
glis, qui eam occupauerunt.
- 37 Et tunc Armorica Galliae nomen cepit Britanniae  
minoris.
- 38 Diocletianus & Maximianus post excitam deci-  
mam persecutionem contra fidem (quae decem  
ferè annis durauit) seipsos abdicauerunt Imperio.
- 39 Constantinus Spurius erat natus in portu marino  
Asiae. num. 52. 53.
- 40 Helena filia tabernarij, nunquam fuit in Anglia.  
num. 54.
- 41 Constantinus non erat natus in Galliis: sed Ro-  
mae, ubi factus Caesar duxit priuignam Maxi-  
miani.
- 42 Constantinus ita per diminutiuum nominatus, vt  
Spurius.
- 43 Regnum Cypri iniuste suppressum per Romanos.  
num. 58.
- 44 Romani per auctori statum suum publicum in sum-  
mum honorem ducebant.
- 45 Cyprus cecidit in manus Venetorum.
- 46 Maxentius nunquam persecutus est Christianos  
in Alexandria maxime sub aduètu Constantini.
- 47 Qui fecit persecutiones cessare, & ita competitors  
Imperij vicit.
- 48 Helenopolin edificauit, & Constantinopolin.
- 49 Samaria & Palaestina, prouinciae tributariae.
- 50 Qui non timent verbum Dei, incidunt in illu-  
sionem hominum, & fabularum.
- 51 Francitales vocabantur plus 50. annos ante nati-  
uitatem Christi.
- 52 Caesar sub obtentu Helios iuuandi, totam Galli-  
am inuasit.
- 53 Franci irrumptentes, castra eius adorti sunt, & o-  
pimam praedam retulerunt.
- 54 Qui prius vocabantur Sicambri.
- 55 Iam plus 1632. annos perseuerat regnum Franco-  
rum.
- 56 Nec interregno interruptum fuit.
- 57 Pharamundus primus Francorum Regum, regi-  
um fixit in Galliis.
- 58 Pipinu descendit è directa stirpe Pharamundi  
masculina.
- 59 Modestia Caroli Martelli in Reges & populum.
- 60 Duae tantum stirpes sunt Regum Franciae.
- 61 Hugo Capetus non se coronari fecit, sed filium su-  
um Robertum non Rhemis, sed Aureliae.
- 62 Corona regni nunquam translata fuit in alienum  
populum, nec in aliam nationem. 77.
- 63 Sed defertur de masculo in masculum proximiorè  
lineae per legem Salicam simul cum Corona con-  
ditam.
- 64 Per quam feminae & descendentes ab eis exclu-  
duntur.
- 65 Et alioquin Rex & Angliae successisset in regno.
- 66 Sed recognouit Philippum Valesium, cuius homagium  
Gnienna fecit.
- 67 Per legem Salicam regnum Franciae simile est re-  
gno Davidico, & Iudaeorum.
- 68 David decreto Dei prae tulit Salomonem primoge-  
nitum: sed Salomon & sui successores non potuis-  
sent ius primogeniti tollere.
- 69 Primogenitus masculus secundum ordinem lineae  
masculinae.

- masculina succedebat in regno Davidico ex decreto Domini, ut in Francia per legem Salicam, qua in eo confirmatur.
- 84 Propter Idolatriam Salomonis regnum post eius obitum scissum fuit, & nouem tribus integra secundum stirpes data Ieroboamo: decem vero integra secundum regiones. 86.
- 85 Tribus Leui possessionibus carens dispersa per oppida & villas ad docendum, & conseruandum legem Dei.
- 87 Ieroboamus defectu fidei, & timoris Dei cecidit in metum hominum, & Idolatriam.
- 88 David magis amabat Deum quam seipsum, & statum suum regium, nec errauit in Religione.
- 89 Conuertebatur sine fictione, nec excusabat peccatum suum: Contra Saul excusari volens coram populo reiectus fuit.
- 90 Iebu remuneratus a Deo, quod occiderit omnes sacerdotes Idolorum, eorumque templa, & deos succenderit.
- 91 Sed tandem regnum Israelis ob Idolomaniam suppressum.
- 92 Regnum vero Iuda adhuc 80. annis durauit.
- 93 Exemplum boni Cancellarij, & boni Regis.
- 94 Regnum Iuda perpetuo suppressum propter simulachra.
- 95 Populus qui non habuit scientiam dicendi, quid potius obediret Dei mandatis, quam Regis sui, cum eo destructus, & in captiuitatem abductus est.
- 96 Nec regnum Iuda inquam restitutum fuit.
- 97 Deus ipse vindex est gloriæ suæ, & filij sui, quem unicum Seruatorem vixit.
- 98 Reges Franciæ potestatem habent reformandi Religionem ex verbo Dei.
- 99 Reges Francorum ab antiquo leges, & statuta sanxerunt de rebus ecclesiasticis: Clodouicus concilium primum Ecclesiæ Gallicanæ celebrari fecit Aurelijs.
- 100 Carolus Magnus quinque celebrauit, & plurimas leges Ecclesiasticas Saxonibus dedit.
- 101 Ludouicus pius prohibuit Episcopis, & Prelatis, vestes sericas, & pompaticas habitus. 209.
- 102 Constitutionibus Caroli Magni de rebus ecclesiasticis Ecclesiæ paruit. 103.
- 104 Precepit Episcopis & Parochis predicare purum Dei verbum tantum: non admiscendo inuentiones & doctrinas hominum.
- 105 Fecit legem de distributione oblationum Ecclesiæ.
- 106 Prohibuit Ecclesiis recipere donationes in notabili detrimento heredum.
- 107 Iussit superstitiones exequiarum funerealium tolli.
- 109 Ludouicus Pius, & Clotharius eius filius statuerunt, ut omnes laici, etiam feminae solum ter in anno communicarent Cenam Domini sub vtraque specie. 208.
- 110 Sacramentum integrum Cænae domini, etiam feminis dabatur in Gallijs & vbiq; etiam per decretales Paparum vsq; ad Concilium Constantiense.
- 111 Cardinales olim erant parochi diocesis Romæ.
- 112 Et residere tenebantur in parochiis sub pœna priuationis.
- 113 Sed tempore Innocentij quarti qui Imperatorem prostrigauit, rubeos galeros acceperunt, relictis parochiis.
- 114 Ludouicus Pius & Clotharius vetuerunt Episcopis promouere sacerdotes sine examine, & facile sine
- ca excommunicare, & omnem ingressum simonia cum: ut sic ingressus deponeretur: statuerunt.
- 115 Carolus Magnus & Ludouicus Pius statuerunt Episcopos eligi per clerum, & populum.
- 116 Nec fieri Monachos sine permissu Regis.
- 117 Imperator Valentinianus extruxit Monachos ad bellum.
- 118 Reges Franci statuerunt subditos benigne tractari a Prelatis.
- 119 Et ne sine consensu parentum filij tonsuram, aut velum papisticum reciperent.
- 120 Et in templis non fieri sepulchra, & de manso Ecclesiarum.
- 121 Neue morte digni haberent immunitatem Ecclesiasticam.
- 122 Episcopi, sacerdotes, & clerici subsunt legibus Regum.
- 123 Leo 4. Papa agnouit se subiectum legibus Francorum, quas obseruare promissit.
- 124 Pronuncians mendaces eos qui dixerunt, aut dicent oppositum. 127.
- 125 Causam dixit capitaliter accusatus coram Ludouico 2.
- 126 Eiq; rationem reddidit armorum sumptorum pro defensione vrbis Romæ, quæ erat Imperatorum Francorum.
- 128 Per antiqua sancta Cœcilia prohibitum aliud fieri in sepultura mortuorum, quam cantum Psalmorum, in spem resurrectionis.
- 129 Ludouicus 9. leges contra Papas statuit, pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ. 130.
- 131 Pragmatica Sanctio Ludouici 9. contra exactiōnes, & auaritiā Paparum.
- 132 Constitutio Philippina prohibens decimas in solitas, & nouas exactiōnes Ecclesiasticorum.
- 133 Carolus Quintus cognomine Sapiens, contra ambitiones Paparum, & stultas opinionones adulatorum componi fecit Dialogum viridarij, & omnia Biblia in vulgari.
- 134 Edicto vetuit Episcopos, & alios Prelatos regni interdiceret, vel excommunicare oppida, collegia, vel alia corpora.
- 135 Carolus sextus expulit collectores Papæ, & Cardinalium, vetuit beneficia Ecclesiastica conferri peregrinis, siue per ordinarios, siue per Papam, vel eius Legatos.
- 136 Et manum iniecit omnibus beneficiis Cardinalium, & pensionibus eorum qui fructus exportabant extra regnum.
- 137 Sed & totum regnum, & Delphinatum subtraxit ab obedientia Papæ, quod a summis Doctoribus Italiae comprobatum fuit.
- 138 Collatio duorum concurrentium Paparum.
- 139 Remedium Baldi contra Papas abutentes.
- 140 Papa Regem excommunicauit, famosos libellos in eum sparsit.
- 141 Sed Bullis ignominiosam multam Parisiis perlictores tracti, fecerunt.
- 142 Arrestum Parisiense contra Officiales Papæ auditos.
- 143 Papæ nisi sunt seditiones excitare in regno contra Regem.
- 144 Bonifacius Octauus attentauit donare regnum Franciæ.
- 145 Martinus Quintus voluit restituere exactiōnes suorum decessorum: sed antiquæ constitutiones regni in contrarium factæ renouatæ sunt.

146. Interdictum Papae abrogatum fuit per arestum Senatus Parisiensis.
147. Omnes querele Germanorum.
148. Aeneas Syluius qui contra Papas egerat, & scripserat in Concilio Basiliensi, postea Legatus factus Germaniam fecit esse patriam obedientiae Papalis.
149. Carolus septimus prohibuit ire Ferrariam ad conciliabulum Papae, contra quem fecit Sanctionem pragmaticam Biturigibus.
150. Ludouicus undecimus prohibuit pecunias exportari Romam, & inde bullas adferri.
151. Pragmatica sanctio constituta per fidum procuratorem Regium.
152. Iulius secundus Papa ingratus in Ludouicū duodecimum, & indulgentias dedit Francos occidentibus.
153. Usurpatur Regnum Nauarrae.
154. Pompeopolis, & tota patria possessa per Vascones ante & post natiuitatem Christi.
154. Ludouicus duodecimus per Papam concitatus ad occidendum habitantes Merindolij & Cabri.
155. Eos audire voluit inuitis Papistis.
156. Audita relatione suorum visitorum declarauit eos innocentes, eorumque priuilegia confirmauit.
157. Sed rursus calumniati fuerunt sub Frācisco primo.
158. Cui miserunt confessionem suae fidei. 1544.
159. Tamen crudeliter occisi, & vsti sunt anno 1545. Et anno 1551. Henricus secundus voluit excusare patrem suum.
160. Iustinianus Magnus, & alij Imperatores fecerunt leges de personis, & rebus ecclesiasticis, quibus Ecclesia obediuit. 163. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173.
161. Maximè quod omnia officia Ecclesiastica fiant in vulgari.
162. Errores Canonistarum. 122. 124. 163. 164.
164. Etiam principes Idolatrae non inuenerunt fideliores milites & Officiales, quàm Christianos.
165. Constantinus Magnus cognoscebat de causis, & appellationibus Episcoporum.
166. Et erat index competens, teste beato Augustino, & Papa delegatus subalternus.
169. Lex Imperialis de electione Episcopi Romani.
170. Gregorius Magnus Papa leges Imperiales in causis ecclesiasticis obseruabat.
173. Lex Imperialis de punitione Episcoporum, sine causa excommunicantium.
174. Rex Franciae non minorem habet potentiam in regno, quàm Imperator in Imperio.
175. Adhuc circiter octo vel nouem annos ante Decretales Paparum, & interdiu vsque leges iam antiquorum Imperatorum Francorum, & in Germania obseruabantur in curia Romana inter clericos. 176. 177.
178. Dauid statuit ordinem Sacerdotum & Ieuitarū, praefigens certas vices.
179. Quod per Ezechiam & Iosiam renouatum fuit.
180. Et obseruatum vsque in aduentum Iesu Christi.
181. Salomon instituit et destituit summos sacerdotes.
182. Sancti Reges fregerunt imagines, deiecerunt sacrosanctos Idolatrās, & reposuerunt Religionem secundum purum verbum Dei.
183. Rex Ezechias praedicari fecit purum Dei verbum, non solum per totum regnum Iuda, sed etiam per totum residuum Israelis.
184. Officium sacerdotis & magistratus distincta sunt à Deo. 185.
186. Magistratus est conseruator legis Dei. 189.
187. Etiam summi Pontifices antiquorum Romanorum nullam habebant iurisdictionem.
188. Potestas Regum in Ecclesia Christiana, non est minor quàm olim erat Israelis. 189.
190. Epistola Authoris ad Regem mirum in modum calumniata.
191. Auctoritas Regum à Deo est.
193. Antiquitas reuelata veritatem detegit.
194. Per quam recentem superstitionem, regalis iurisdictionis diuisa & usurpata fuit.
195. Papiſtae nouum regnum sibi in Gallia erexerunt derogando Regibus.
196. Philippus Valeſius primus incepit partem iurisdictionis suae ab illis repetere. Magister Petrus de Cogners suus Consiliarius, & Aduocatus. 199.
197. Aerauim Franciae compilatur à Papis.
198. Quod per Decretales sunt usurpatae iurisdictiones Regum.
199. Ignorantia Canonistarum.
200. Sancta constitutio Caroli Magni de praedicatione verbi Dei.
201. A quo solo vera Religio dependet: res verò humanae, partim ab hominibus, & causis secundis dependent. 202.
203. Non licet addere verbo Dei.
204. Vt falsi tabernarij qui miscent aquam vino:
205. Vel paleas frumento.
207. Falsa statera, falsum pondus, & mensura, quando Religio aliter expenditur, quàm per verbū Dei.
210. Philippus Augustus ad futurum Concilium appellauit ab Inuocentio tertio: volente in eum iurisdictionem arripere in fauorem Regis Angliae, qui regnum suum censuale fecerat Papae, ad impediendum executionem Arestu Parisiis latis super reuisione Aquitaniae, Neustriae, Andium, & Cenomanensium.
212. Sarbona & Cardinales valde persecuti sunt auctorem iura Regia gratis defendentem.
213. Et tanquam Reges usurparunt super auctoritatem Regiam.



TRACTATUS DE ORIGINE, PROGRESSU ET EXCELLENTIA REGNI ET MONARCHIAE Francorum, & Coronae Franciae, Authore Domi. CAROLO MOLINAE O Iurium Doctore, Franciae & Germaniae Iuriconsulto, Illustriss. Principum Regis, & nobilissima & Christiana Reginae Navarrae Consiliario, libellorumque supplicum in eorum Regia Magistro.



SCRIBENTI de origine, progressu, & praecellencia Regni, & Monarchiae Francorum, duo potissimum in mentem mihi venerunt: duo certe admirabilia opera, dona, & priuilegia specialissima Cuncti-potentis, & totius orbis moderatricis prouidentiae diuinae. † Primum, quod a creatione mundi adusque in tanta multitudine Regnorum, & Monarchiarum tam praeteritorum, quam praesentium, nullum vnquam fuit, nec adhuc est, quod a sua erectione tandiu perseveraret, quam Regnum Franciae, tametsi pluries olim, & adhuc nuper tempore nostro, ter videlicet anno 1535 & 1544. & 1557. periclitatum sit, & penè *πανελλοπιε* imminente suppressum. † Secundum, nullum vnquam fuisse, nec adhuc esse Regnum Dauidico similis, quod attinet ad modum successione, & legitimae deuolutionis Coronae duntaxat. † Quantum ad primum, vetustior Monarchia omnium, auctorum communi calculo fuit Babylonica, seu Chaldaea, quae tamen non potuit citius incipere, quam centum vno & triginta annis a cataclysmo, sub Nimbrot filio Chus, filij Cham (nomine multum affini Caino) patris Noa irrisoris, vnde cum sua posteritate maledictionem reportauit, Gene. 9. Iosephus libro primo cap. 13. antiquitatum Iudaeorum. Nimbrotus ille pronepos Noa, primus fuit affectator & occupator tyrannidis, & dominij in alios, ita vt fama fortitudinis, & audaciae suae locum vetustissimo prouerbio fecerit, quod dicebant, ille est alter Nimbrotus, quoties hominem valentissimum, audacem & ardua quaeque molientem, significare volebant, vt post duo millia annorum Graeci de praestrenuo dicebant *δύτος άλλος ήρανλός*. Statuit autem Nimbrot initium regni sui in Babylone, quam aedificauit, Gene. 10. & 1. Paralipom. 1. a. † Nechis contentus vnà cum suis (magno proauis Noabi ad huc uiuentis, & piorum omnium Deum timentium cordolio) attentauit inibi turrim transcendentem nubes erigere, Babel vocatam a confusione linguarum eo loci iudicio & ultione Dei superueniente. Genes. 11. cui consonat non modo Iosephus in praefato antiquitatum libro tempore Vespasiani & Titi Romanorum Imperatorum scripto: sed etiam Berofus Chaldaeus, qui mille trecentis quadringenta annis Iosephum praecessit, tempore Gedeonis in quarto suae Historiae libro. † Itaque primum illud Regnum citò minui coepit per diuisionem linguarum, & demigrationem populorum, & deinde translatum fuit in Assyrios, vt testatur Herodotus antiquus auctor. † Non melatet quosdam neotericos Chronographos scribere, primum illud regnum Babylonicum, vel Chaldaicum mille trecentis quinquaginta octo continuis annis durasse, & triginta octo continuos Reges sine interruptione ad Sardanapalum vsque nominatim supputare, quem dicunt vltimum Regem a suis occisum propter lasciuias & libidines, Regnumque in Medos translatum. † Sed hi confundunt, & simul miscent regna Babylonicum & Assyriorum, qui erant duo separati populi & distincta regna. Quapropter de longitudine dicti primi regni detrahendi sunt quingenti anni, quibus regnarunt Assyrij, postquam Chaldaeos & Babylonios subegerunt, & soli regnum quingentis annis adusque eadem lasciuia Sardanapali (vt auctor est Herodotus) tenuerunt. † Tempore dicti primi regni Chaldaeorum & Babyloniorum, circiter centum viginti annos a confusione linguarum, & ducentis quinquaginta annis post cathaclysmum sub Rege Nino incepit erectio Imaginum, & Idololatriae, qua maculati fuerunt Tharè pater Abraham, & eorum familia in Vr, vrbe Chaldaeorum, Iosue 24. a. donec Dei iussu emigrarunt, profecturi in terram Chanaan, Genes. 11. † At Medi, qui sub Arbacè Sardanapali Praefecto regnum occupauerunt super Assyrios, qui super Chaldaeos occupauerant, non diu steterunt, quin vicissim superarentur ab Assyriis, qui Babylonios & Chaldaeos imperio suo vnierunt, totamque Syriam, Tyrum, & Aegyptum subegerunt, & ingentem illam monarchiam constituerunt, quam Daniel ca. 2. & 7. tempore Nabuchodonosoris magni primam vocat, comparatam capiti aureo, & aquilae volanti, propter sui magnitudinem, latitudinem, & praecellentiam. Verum ducentos quinquaginta annos non attigit, nec dimidio eiusdem temporis in sua magnitudine stetit. Imperium enim Nabuchodonosoris primi, & Nabuchodonosoris filij sui, qui Hierosolyma combussit, & solo equauit, filiorumque & nepotum eius non excessit centum viginti duos annos. † Balthasar vltimus eorum blasphemus, & in idolomaniam (a qua pater eius Euilmerodach, & auus Nabuchodonosor per Danielem couersi fuerant) relapsus, a Cyro caesus fuit, & regnum in Persas & Medos translatum, Daniel. 5. † & haec fuit secunda Monarchia, quam Daniel c. 2. comparat argento, & c. 7. vrfo. & c. 8. aricti. Haec non paulò plus ducentis annis stetit. Darius enim nomine sextus, &

- numero decimusquartus & vltimus Rex debellatus fuit ab Alexandro Magno, quam Daniel c. 7. comparat Leopardo, & cap. 8. hircocaprarum. † Itaque monarchia translata fuit in Grecos, quæ est tertia comparata ari, Daniel. 2. hæc illico morte Alexandri facta est in quatuor regna, quæ post multas clades, & inclinationes mutuas tandem pro maiori parte reciderunt sub ditione & Imperio Romanorum, quæ fuit quarta monarchia, quam Daniel capite 2. comparat tibiis ferreis, & pedibus partim ferreis, partim fictilibus. † Hæc autem monarchia non incepit à Romulo, cuius ditio paruos muros vulpibus desultabiles (quod Remo inultum fuit) vno aut altero miliari non excedebat: quanquam, vt Blondus initio primi libri primæ decadæ testatur, etiam post ducentos quadraginta quatuor annos, & septem Regum sensim fines proferentium successiua regna ditio Romana quo longius extendebatur, nonam Gallicam leucam non excedebat à muris: imò Roma vix septimam leucam, vt enim Eusebius Cæsariensis, & Hieronymus eius interpres, & adauctor in suo Chronico scribunt, pulsus ab vrbe regibus vix vsque ad 15. lapidem Roma tenebat imperium, quo Reges libidinis, tyrannidis, & superbiæ suæ causa, decreto populi deturbati sunt ducentum quadraginta quatuor annis à constructione Romæ, quæ ex tunc mirum in modum augeti cœpit. Tamen anno quingentesimo quadagesimo quarto condita vrbe, Romani nondum dominabantur vltra Italiam, cuius etiam dimidiam nondum subegerant, vt autumat Titus Liuius libro 7. 3. decadæ. Franci verò non sextam partem dicti temporis tardarunt ad imperium suum latius dilatandum in Galliis. Quarta illa monarchia incepit à populo Romano, postquam ad tantam potentiam & magnitudinem peruenit, vt dominaretur in Africa, Macedonia, Græcia & Asia, sed non in Galliis, à quibus semper sibi etiam pro vita timebant, nec in Germania, & multo minus in Francia Orientali, vbi regnabat Antenor rex Francorum, quos tunc Sicambros vocabant. Contigit ergo Romanos quartam illam monarchiam obtinere circa annum sexcentésimum octauum Romæ condita, circiter centum quadraginta quatuor annis ante natiuitatem Christi, postquam Romani debellarunt, & tributo subiecerunt Antiochum Magnum: tuncque sibi indulserunt sese terrarum orbis dominos vocari, vt testatur Titus Liuius libro 7. 4. decadæ.
- 14 † Ingens hoc imperium inclinari cœpit quadringentis annis à natiuitate Christi, quando Theodosius Magnus duos imperes filios reliquit, Arcadium, cui dedit Constantinopolim, & partem imperij Orientalem: & Honorium, cui Romam & Occidentem dedit: cumque debuisset eos sub regimine potius & tutela Senatus, populi que relinquere, † dedit eis tres tutores valentissimos quidem illos, sed extraneos, Rufinum Hunnum, & Stiliconem Vandalludentes, vt concussum, & cladibus collisum imperium in filios proprios deriuarent. Hinc manauit obsidio Constantinopolis, & mox captiuitas, & expilatio Romæ per Alaricum Regem Gallorum anno Christi quadringentesimo duodecimo: in qua clade capta fuit Placidia Theodosij Magni filia, soror Imperatorum, & mox nuptum data per Alaricum Athaulpho cognato suo, paulò post in Regem Gothorum electo per obitum Alarici in Apulia in directione Constantij cæsi, quod matrimonium valde profuit Romæ, quam Athaulphus nouus rex solo æquare cupiebat, vt aliam urbem ædificaret, Gothiam nuncupandam, idque fecisset nisi precibus & suadelis Placidia nouæ nuptæ dissuasus fuisset, pacemque cum Honorio fecisset, quod, ei cum Italiam reliquisset, Gothi exprobrarunt, eumque occiderunt, quia precibus & delinimentis feminae victus, cursum victoriarum Gothicarum contra Romanos abruptisset, vt testatur Paulus Orosius, qui tunc vivebat, in fine historiae suæ: & referunt Platina in vita Zosimi Papæ, Sabellicus & cæteri Chronographi, Raphael Volaterra. in secundo libro Geographiæ, cap. de Gothis.
- 16 † Hæc dedecorosa, & tam subita ruina tam vasti Imperij magno scandalo fuit multis indoctis per querelas sacrificulorum idolorum, qui passim clamabant, hoc tam nefandum malum vindicta Deorum, contigisse propter neglectum, & mutationem antiquæ Religionis, sub qua imperium natum, propagatum, & auctum erat. Quem errorem refellunt Augustinus in epistola ad Marcellinum, & multis seculis ante eum, imò ante Euangelium natum Sallustius Patricius Romanus tempore Ciceronis scribens, imperium Romanum propter luxum, auaritiam & libidinem breui ruiturum vaticinabatur, & centum annis post eum, Iuuenalis cuius Romanus conquerebatur nimiam Romanorum luxuriam iam vltis vicium orbem ruina victoris: tantum abest, vt ea ruina Euangelio Christi absque calumniosa tergiversatione inuri possit. Tamè propter fremitum idolatrarum & Ethnicorum, qui non tam de imperio, quam de suis idolis, & falsis cultibus ruentibus solliciti erant, ad eorum calumnias expugnandas beatus Augustinus duos & viginti libros composuit, & edidit de ciuitate Dei (hoc est de vera ecclesia) contra Gentiles. † vbi libro vicesimo c. 19. de futuro Antichristo vaticinans per spiritum propheticum è sacra scriptura oraculis. 2. Thef. 2. sumptum, ait illum ipsum fore, qui sese super Ecclesiam vniuersalem tanquam caput eius eleuabit. Eodem etiam tempore Paulus Orosius discipulus eius historiam suam conscripsit in confutationem opinionis eorum qui dictabant mundum infelicius gubernatum, & grauius afflictum fuisse à tempore Christianæ religionis receptæ, quam retrò vnquam fuisset. † Eodem etiam tempore Romani Episcopi cœperunt rem suam augere, & ad commoda sua mundana & diabolica negotiari de ruina Imperij, quoniã prætextu consilio suo iuuandi urbem Romam & Italiam in absentia impedimento, vel impotentia Imperatorum Constantinopolitanorum sensim regiminiis auctoritatem

thoritatem vsurpârunt, & ita rem omnem tractarunt, & inclinârunt, & eò tandem perduxerunt, vt ausi sint non solum Imperatoribus ( quibus semper subiecti fuerant ) resistere: sed etiam impedire & prohibere populum Romanum & Italiam, ne tributa vlla penderent Imperatoribus, & eos publicè excommunicare. † Eademque via vsurpârunt non solum authoritatem, sed etiam superioritatem in alias Ecclesias Italiæ, quinetiam in Ecclesias Africanas etiam ius appellationis, & deuolutionis causarum ab Episcopis, Archiepiscopis, & Conciliis Africanis ad sedem Romanam, in quem finem præfatus Zosimus, Bonifacius primus, & Celestinus primus, omnem mouerunt lapidem per suos Legatos, & nuncios ad Concilia generalia Africae, maximè ad sextum Carthagini celebratum circa annum Domini quadringentesimum vicesimum, vbi præfens erat beatus Augustinus, vtque ad optatum peruenirent falsa exemplaria Concilij Niceni protulerunt, & obruserunt. Qua falsitate detecta, Concilij generalis decreto, ab iniqua ambitione sua exclusi fuerunt, & rursus paulò post eadem impia ambitio damnata in sancto Concilio Milenitano c. 22. beato Augustino præside, vt habetur in 1. Tomo Conciliorum Ecclesiæ generalium etiam Coloniae nuper editorum. † Quarta igitur Romanorum Monarchia sexcentos annos non impleuit, & rectè perpendendo tractum, & decursum temporum, & historiarum clarissimè iudicare licet, Idolomaniam veram causam fuisse tam grauis ruinae tam ampli & robusti Romanorum Imperij, nec non peruicaciam & obstinationem Romani Senatus in propria, ( quam antiquam iactabat ) Deorum suorum religione conseruanda. Quid quòd nec illæ quidem dissimulatrices leges præfatorum Imperatorum Honorij & Theodosij iunioris filij dicti Arcadij quicquam valuerunt, nisi ad iram Dei magis prouocandam, vt dum duodecim, vel tredecim annis ab obitu Theodosij Magni anno Domini quadringentesimo vndecimo putantes conseruando statui suo publico melius consulere, legem sanciuerunt, qua Christianos expressim vetuerunt impedimentum vllum, vel incommodum præstare Iudæis, & Gentilibus Idolatris pacificè degentibus, & nihil contra leges ciuiles, & statum publicum mouentibus, quæ lex incip. Christianis. C. de paga. & eorum temp. & sacrifi. † Cuius etiam pudenda legis, qua publicè licebat Christianum esse, vel non, & in quamlibet sectam vel religionem impunè desultare, flebilem mentionem facit Conciliū generale Africanum tempore dictorum Imperatorum articulo 76. & illi quidem Imperatores iuuenes erant & inexperti malis, insuper & infidis tutoribus præditi, qui perperam administrando conturbare Imperium nitebantur. † At anno immediatè sequenti publicationem dictæ dissimulatricis legis calendis Aprilis Roma anno foundationis suæ milesimo centesimo sexagesimo quarto, capta, & expilata fuit, per Alaricum regem Gothorum, qui publico programme, & preconia voce parci iussit fugientibus ad templa Christianorum, non autem Gentilium, & Idolorum, vt autumant Augustinus & Orosius in locis præfatis: & Socrates historiæ Tripartitæ libro 7. cap. 10. qui tunc temporis viuebant, & scribebant, quibus assentiuntur reliqui omnes Chronographi. Et paulò post iterum capta, & direpta fuit Roma per præfatum Athaulphum (de quo supra numero 15.) loco Alarici in regem Gothorum subrogatum. Videantur diuina scripta, & sacrae historiæ Hieremiæ Prophetæ, & libri Regum, & Paralipomenon, & ipsæmet eadem causa vltionis, & iræ Dei in simili prædictæ & consummatæ reperientur. † Regnum Aegypti inter antiquiora regna numeratur ab initio Babylonici: vnde Isaia 19. b. Rex Aegypti vocatur filius Regum antiquorum: sed pluries interruptum fuit aut translatum. Thebani non recentiores à populosissima illa & amplissima centum portarum vrbe denominati regnum Aegypti subegerunt, quod Aegyptij post 190. annos recuperârunt. Eusebius enim Casariensis in suo Chronico, & Hieronymus eius interpres, & scriptor testantur Thebeos illos non à Beotica illa heptapyla, diu postea condita, ab Polyandro Magno diruta & reedificata: sed à vetustiore illa *ἐπιτορτακωνδίουβη* regnante Nino apud Assyrios regnum Aegypti subegisse, & dynastia ibi sub Thebæo dominatu instituta, Aegyptiis præfuisse annis 190. postea Aegyptij regnum recuperârunt, sed rursus ab Aethiopibus subacti illud amiserunt. Vt enim Eusebius & Hieronymus in præfato Chronico testantur Olympia. ii. Saladin Aethiops Bochorum regem Aegypti deuictum vita regnoque priuauit, & in Aegypto regnauit, & successiue tres Reges Aethiopes post eum: deinde Aegyptij regnum recuperauerunt. Sed postea Assyrij deuictis Aegyptiis regnum illud suo imperio adiecerunt. Rursus Aegyptij Assyriis eiectis regnum suum redintegrârunt. Sed Alexander Macedo eos subegit, & suppressum regnum suæ adunauit Monarchiæ, quæ paulò post euauit. Tandem ducentis octoginta quatuor annis ab obitu Alexandri Magni: sed octo & viginti annis ante natiuitatem Iesu Christi, Octavianus Cæsar solus Augustus, & Imperator per debellationem Marci Antonij, Triumviri, & Cleopatrae reginæ Aegypti factus, suppressit Aegypti regnum, & in formam prouinciæ Romanæ, non tamen populo Romano, sed Cæsari peculiarem rededit. † Quantum ad Reges & regnum Hispaniæ id nimis præ Monarchia Francorum recens est, nec certis & approbatis historiarum monumentis inuenitur Hispanos Regiam aliquam maiestatem, vel successionem regalis prouinciæ habuisse ante Imperium Romanum, nec eo florente. † Tamen nulla fuerit Prouincia, quæ difficilius, & tardius iugum Romanorum subierit quàm Hispania, nec in qua Romani tantum temporis ad vniuersum subigendum consumperint: id quod non contigit. in quinque & viginti annis ante natiuitatem Christi, ducētis annis postquam primi Scipiones fulmina belli ingressi & adorti sunt. Octavianus enim Augustus circa decimum quintū Imperij sui annum, in ani-

19

20

21

22

23

24

25

in ani-

Ob idola  
tria vult  
Imperiū.

Leges dis  
simulatri  
ces.

Regnum  
Aegypti.

Regnum  
Hispania

- in animum suum pertinaciter induxit residuum Hispaniarum subiugare, & Imperio Romano adiicere: tunc autem supererat tantum septemtrionale latus, quod vocatur Cantabria, nunc autem Calicia, Compostella, Biscaya, & Navarra. Quo facto, & absoluto tum demum in plene pacis signum Iani portas quo ad se pro secunda vice clausit, sed quarta vice ab origine Romæ, vt testatur Eutropius lib. 7. rerum Romanarum. † Ab eo tempore vniuersa Hispania semper pacificè mansit sub Imperio Romanorum, ferè quadringentis quinquaginta annis, donec Gothi, & Vandali eam inuaserunt sub finem imperij Honorij. † Author epistolæ liminaris ad profusa, & operosa scripta Alphonsi Tostati docti Hispani, omnem nobilitatem Hispanorum, quinetiam regij sanguinis profapiam à Gothis illis mutuatur, quos summis laudibus euehit, & mirum in modum gloriatur suos Hispanos à Gothis progenitos esse. Atqui non multum honoris adfert genti suæ, multoque minus Principibus suis, genituram eorum, gloriam, & nobilitatem à sanguine Gothico deriuando, & insuper fallitur in veritate historiarum. Quamuis enim Gothi regnare cœperint in Hispania aduersus imperium occupata, circa annum Domini quadringentesimum quinquagesimum, tamen eo simul multas fordes inuexerunt, & præsertim impiam illam sectam, & hæresin Arianam, quam ibi retinuerunt, & secum vigere fecerunt, quando ibi regnârunt circiter ducentos sexaginta annos. † Quoniam anno Domini septingentesimo decimo quarto, Sarraceni irrupentes per Beticam, Hispaniarum maiorem partem occupârunt, & in ea regnârunt octoginta circiter annis adusque Carolum Magnum: qui, postquam ad preces & supplicationes Adriani Episcopi Romani vicit, deleuit, & suppressit regnum Longobardorum in Italia, vbi ducentis & quatuor annis regnauerant, deinde pariter ad preces & supplicationes Alphonsi, huius nominis secundi, Legionis & Castellæ regis, Hispaniam cum valido, & copioso Francorum exercitu ingressus, Sarracenos debellauit, & maiorem Hispaniarum partem Francorum armis recuperatam præfato Alphonso restituit, vt eiusdem temporis historiarum testantur. † Quidam tamen Tolletanus scriptor contrarium affirmat, vt refert Raphael Volaterranus libr. 2. suæ Geographiæ, cap. de Sarracenis. Hunc in modum nonnulli Hispani eo nomine laudari malunt, seu potius insigniter vituperari, & gloriæ non vitio præposterè dare sese subiugatos esse à barbaris illis, & Arianis Gothis, quàm adiutos, & liberatos à nobilibus Francis, eo profectis amantissimè, vt Hispanis sumptibus propriis, & sanguinis proprii periculo consulerent. Contrà Gothi præter violentiam vsurpationem & pestilens virus sectæ Arianæ, & leges Gothicas, quas inibi statuerunt, & scriptis publicis imposuerunt circiter annum Domini quadringentesimum octogesimum: tandem per suas nephandas libidines in causa fuerunt eruptionis, & regni Sarracenorum, qui in Hispaniis diutius, aut semper regnâssent sine auxilio, & liberatione Francorum. † Porrò inter leges Gothicas in Hispania latas, prima est implicans abrogationem totius iuris ciuilibis, ita vt quicumque in iudicio allegauerit legem vnâ Imperialem, capitalis sit, & morte luat: vt testantur Oldrad. quæst. 69. & Ioan. Andr. in sua nouella, libro tertio, cap. vltimo, & nuper Ioan. Lupus Hispanus initio cap. per vestras. numero 19. extra, de donatio. inter vir. & vxor. Occasio verò dictæ barbaræ legis fuit, quia prima lex quam sanxit Theodosius ille magnus, optimus Hispanus, & Imperator (quam circiter post centum quadraginta tres annos Iustinianus primus Codicis suo primam inseruit) est contra Arianos, ad conseruandam vbique professionem, & fidem sacrosanctæ Trinitatis, cuius primi Reges Gothici Hispani (vt pote Ariani) erant inimici. † Sed eos Clodoueus huius nominis primus Francorum Rex, valde restrinxit, adimens eis Aquitaniam & Vasconiam, compellens eos sese intra Hispaniam recipere. Hispaniæ verò exhinc diu manserunt infectæ lepra dictæ hæreseos Arianæ, deinde paganismo Sarracenorum, donec tandem auxilio Caroli Magni liberatæ fuerunt. Cæterum magnis laudibus profectus sum Hispanos in meis commentariis Analyticis in Consuetu. Parisiens. §. 29. † Regnum verò Siciliae longè recentius est Hispano. Sicilia olim plus duobus annorum millibus diffamata fuit, vt obnoxia tyrannis, deinde cecidit in manus Carthaginensium, quibus Romani ademerunt, & primam Imperij sui prouinciam fecerunt, & frumenti sui horreum vocabant. † Carolus Magnus Occidentis Imperator factus diuisionis iure Calabriam, Apuliam, & vtranque Siciliam Imperatori Constantinopolitano reliquit, deinde Sarraceni circa annum Domini nonagesimum decimum quartum, magnam partem eius regionis occupârunt, donec circa annum virginæ partus milesimum octauum. † Gulielmus Normanus cognomine Ferrebach filius Tancreti nobilis, & valētissimi Normani suppetias tulit Malocho duci Imperatoris Constantinopolitani ad expellendos Sarracenos ex Apulia, & Sicilia, & quia (vt ait Platina) Malochus iniquus ei fuit in diuisione prædæ hostilis, Gulielmus ille cum quadraginta milibus tam Francorum, quàm Normanorum rediens Calabriam, Apuliam, & Siciliam occupauit, quæ de Græcis in Normanos hac occasione transferunt. † Quò factum est, vt victores illi primùm diuque ante Carolum Comitem Andegauensem in illis regionibus inuexerint consuetudines Francorum de feudis, & successione hærediorum, quæ ibidem adhuc hodie in multis articulis obseruantur, vt sæpe docuimus in commentariis nostris in Consuetud. Parisienses. Itaque sensim successores dicti Tancreti, & Gulielmi Normani facti sunt domini vtriusque Siciliae, & initio quidem se gerebant Comites Apuliæ, postea Duces, & tandem Reges Siciliae. † Et ad maiorem auctoritatem principatus sui circa annum Domini milesimum sexagesimum titulos suos voluntariè emendicârunt à Pontificibus Romanis, qui initio facillè, gratisque aliena, in quibus nil iuris habebant, petentibus infeudabant, nihil recusantes quod ad potentiam

etiam & auctoritatem suam augendam spectaret. Ad hanc quasi possessionem sensim nacti postea anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo ceperunt sensim ingentes pecunias exigere huius inuestituræ nomine, etiam à Carolo Comite Prouinciæ, & Andium, fratre germano Ludouici noni Franciæ Regis, quem propter insignem superstitionem, & idolomaniam Romani Pontifices in catalogum diuorum suorum, sumptibus tamen Gallorum retulerunt: à quo Carolo Papa Clemens quartus quadraginta milia aureorum annua exegit propter inuestituram regni Siciliae, vt etiam Platina secretarius, & fautor Paparum testatur, idque non obstante, quod idem Papa præfatum Carolum nihil de hoc cogitantem, tanquam potentior principem in auxilium suum vocasset contra posteros Tancreti, sed etiam induxisset, vt sumptibus & periculis ipsius Caroli, & Francorum vtriusque Siciliae regnum armis acquireret, vt & Carolus fecit, longè plura exacturus Papa si ditionem pacificam eidem Carolo concessisset, cui longè carius (vt notum est) vendidisset. † Quod attinet ad regnum Angliæ, fabulosum est, quod quidam singulatim computant, & nominant centum Angliæ Reges à stirpe Bruti pronepotis Aeneæ: incipiendo plus centum annis ante tempora Davidis Regis, & deinde successiuè numerant alios partim indigenas, partim Saxones, vel alterius nationis vsque in præsens tempus, comprehendendo ferè tres ætates mundi, & ferè bis mille quingentos annos. Nos autem ante septem annos vanitatem fabulosam dictorum veterum Chronicorum Angliæ confutauimus: interpretando publicè Nouembri, anno sesquimillesimo quinquagesimo quinto. l. Lucius Titius. ff. de vulgar. & pupillar. † Inter alia fingunt Imperatorem Seuerum subiugasse, & acquisiuisse regnum Angliæ, & in ea Insula obiisse, postquam inibi ex Anglica fœmina generasset Balsianum Caracallam, qui fuit Rex Angliæ post obitum patris, & deinde mortuus est Imperator Romanus in Italia. Atqui verum quidem est Imperatorem Seuerum anno Christi ducentesimo decimo cum copioso exercitu intrasse Angliam, quam primus integram subiugauit, sed in eo bello obiit: filij verò & duces sui redegerunt illam in formam prouinciæ Romanæ. † Tantum abest Seuerum, vel aliquem filiorum eius, ex ea Insula regnum fecisse, vel se Reges eius nuncupasse, sicut Octavianus Augustus subiugando Aegyptum, eamque etiam peculiariter sibi reseruando, vt dixi in l. vnica. ff. de offic. præf. augustal. & in tract. de dignitatib. & magistrat. Rom. non tamen se fecit regem Aegypti: sed regnum illud perpetuò suppressit, & in formam Romanæ prouinciæ redegit. Notissima enim lex erat inter Romanos etiam relata in Euangelio Ioan. cap. 19. versic. 12. quod qui se regem facit, contradicit Cæsari, id est, maiestati, & statui Imperij, intra quod nemo Rex esse nec censeretur: omnes enim regiones Imperij (dempta fede Imperiali) prouinciales sunt, & tributarium statum prouinciarum recipiunt, nisi si cui ad ingentia seruitia remuneranda titulum Regis (quod rarissimum est) adhuc sub sua iurisdictione, & ad nutum vel tempus (vt Herodi in Palæstina) concedant. † Tantum etiam abest Seuerum generasse Balsianum maiorem filium ex Anglica muliere in Anglia, vt ferè octogenarius esset, priusquam eò proficisceretur. Id quod nulla publica Imperij necessitate fecit: sed tantum ob merorem priuatum, & domesticum, quo ægerrimè torquebatur propter magnas & assiduas filiorum propriorum Balsiani & Getæ similitates, sperans eos à domesticis suis similitudinibus nouis studiis diuertere, quum in nouum & longinquum bellum secum profecti, & occupati essent. Angli qui tunc Britanni vocabantur ad irruptionem tanti exercitus, sese dedere voluerunt. Sed maluit Seuerus bello experiri, & vi armorum eos subiugare, quo sibi nouum hoc gloriæ decus, & titulum Britannici multo sanguine fuso acquireret (hoc erat barbarum Romanorum Principum ingenium) tum, vt filios noua in externos hostes æmulatione gloriæ, à mutuis dissidiis auerteret. Et priusquam fieret Imperator, dum esset dux in Africa patria sua, ex legitima vxore Leptide, genuit Balsianum, forsan & ipse Seuerus Leptidis. Fuit olim Leptis oppidum maritimum in littore Africae, inter Syrtes magnas & paruas, oppositum Pachino Siciliae Promontorio, à quo distat 340. miliaribus, siue 113. leucis Gallicis. Itali vocant Leptam, Hispani Lebidam, Græci λέπτιον. Seuerus Imperator factus exemit illam tributo, & iure Italico donauit, vt testatur Iulius Paulus qui eius tempore vixit & scripsit in l. vlti. in fin. ff. de censibus. vbi quod vocat Leptam magnam, more sui temporis loquitur, quo Leptis illa paruula (vt indicat etymon verbi) quod Græcè rem minutulam significat, vt etiam Lucas Euangelista indicat, cap. 21. a. 16. λέπτιον ἐν τῷ ὄρει λέπτιον. Lepta verò septima pars est æreoli, siue oboli secundum Chrysostrum ibi. Tamè magna vocabatur adulando Imperatori ibi genito, qui de minimis magna faciebat, vt de magnis minima, dum inclytam illam Byzantium reduxit in viculū piscatorum, vt testatur Herodianus, qui tunc viuebat & scribebat. Referunt Sabellicus Ennead. 7. lib. 5. & alij Chronographi. Sed iam dudum Leptis illa nec portum nec pagum quidem habet, & ex eius demolitione Tripolis in eodem litore versus Occidentem citra Syrtes paruas constructa fuit. Adhuc hodie visuntur columnæ marmoreæ Leptæ, decussatim suppositæ fundamentis murorum Tripoleos. Multum verò errauerunt quidam Chronographi, qui Leptam insulam fecerunt. Nulla enim insula est in eo litore, præter vicinos Lotophagos ab Occidente, nunc vocant insulā Gerbes, receptaculum pyratarum prope paruas Syrtes, & Pharos insulam remotam ante Alexandriam, tamen iuxta Syrtes sunt montes fabulosi, & rupes, quæ nomē insulæ non merentur (vt accepi à nobili & optimo viro Edmódo Villereo equite Hierosolymitano, qui in locis illis terra, mariq; militauit, & multa id genus loca suo circino, & charta maritima mihi ostendit, dum apud Villereum in Belcia libris oibus & vestibibus & facultatibus & prædiis per impios, regio tamen no-

37  
Fabula  
Angliæ.

38

39

40

- men nomine, spoliatus librum hunc (quem mihi commodabat) è Gallico, Latinum reddere perficio Mense Octobri, anno sesquimilefimo sexagesimo secundo. quod paulò antè cæperam apud Fauerias supra Garnotum in arce nobilis & optimi Antonij Syluij, loci illius domini, cognati mei, cuius liberalissimo & honestissimo hospitio ultra mensem cum vxore, & liberis ob verbum Dei extorris vsus sum. Seuerus igitur in Lepta, genuit Balsianum Afrum primogenitum suum, quem postea factus Imperator in consortium Imperij assumpsit, vt testatur Iulius Capitolinus, qui eo tempore vixit. hoc etiamnum probant multæ leges Codicis Imperialis
- 41 quæ ab ambobus illis, vt Imperatoribus Augustis simul conditæ sunt. † Seuerus autem postquam ad Imperium illud peruenit, licentia Imperiali, videlicet tyrannica vsus, Iuliani nobile scortum Romanum adamauit, ex qua etiam viuente legitima sua vxore Africana genuit Getam. Sed cùm Angliam ingressus est ferè octogenarius, quî vacasset, aut libuisset ei tot alijs studiis occupato operam dare, nouis spuris inibi generandis: tum vsque adeò morbo articulari laborabat, vt vix ingredi quiret, sed ferendus esset lectica, & in expeditione illius belli nondum confecti obiit, vt testis est Herodianus, qui tunc vivebat, & scribebat in 3. lib. historiae sue.
- 42 † Balsianus, qui solus imperare cupiens, patrem suum non sat citò sibi morientem, propria manu occidere nisus fuerat, postea Romæ fratrem suum Getam etiam in gremio matris, quòd
- Papinianus. confugerat manu propria occidit: deinde per milites suos trucidari fecit Papinianum præclarissimum illum Iuriconsultum, qui vt princeps erat Iuriconsultorum, ita primarius erat Palatii, & curiæ Imperialis. Hac autem causa iussit occidi, quòd nollet præclaram auctoritatem suam honestis studiis quæsitam, & innocentiam assuetam polluere, nec contaminare, nec vitiiis & tyrannidi Balsiani prostituere, fratricidium eius excusando: sed dicebat facilius esse scelus admittere, quàm excusare. Balsianus in vxorem assumpta præfata Iulia nouerca sua, cuius filium in sinu eius occiderat, non obiit in Italia, sed occisus fuit in Mesopotamia, omnibus bonis viris exosus propter tyrannides, & libidines suas. † Pariter nimis apertum mendacium est Balsianum illum (vt & patrem) coronatum fuisse Regem Angliæ, & inibi successores habuisse in eo regno Reges Angliæ: semper enim Anglia permansit tributaria Imperij Romani, donec circa annum Domini quadringentesimum quadagesimum nonum ad finem Imperij Honorij, quo Pictæ & Scoti inuaserunt Angliam (quæ tunc adhuc Britannia vocabatur,) nequicquam resistere valente præsidio Romanorum, & omni alio Imperij Romani subsidio deficiente, quando quidem Gothi & Vandali Italiam & Hispanias calcabant: Franci verò maiorem iam Galliarum partem occupauerant, regnum suum amplificantes, & Romanos deturbantes, à quibus Britones stipendiarij Romanorum destituti, in auxilium suum contra Pictas & Scotos vocârunt Saxones, cognominatos Anglos, qui in Angliam admissi Pictis eiectis dominium regionis occupârunt, quæ ex tunc ab eis Angliæ nomen sortita est. † Multi verò indigenæ vi & oppressione coacti sedes patrias relinquere sese proripuerunt in Armoricam partem Galliarum Occidentalis, quæ hac occasione à Britannis fugitiuis & aduenis, cognominata fuit Britannia adusque diem præsentem, Latini scriptores vocant Britanniam Minorem, ad differentiam veteris. Claudianus Poëta tunc viuens, & scribens, eius rei meminit in suis carminibus, vbi poëtico more adulatur Stiliconi infideli duci Honorij, laudibus falsis vehens Stiliconem, quasi virtute sua, & armis protexerit & vindicârit magnam Britanniam prouinciam Romanam contra insultus, & incursiones Pictarum, Scotorum, & Saxonum. Sed ô fictam &
- 45 adulatricem poësin. veritas enim notissima est in oppositum, vt ex historiis liquet. † Præterea etiam postquam ea Insula desit esse prouincia Romana, mutans cum statu nomen antiquum suum Albionis, & Britanniarum in nomen Angliæ, ratione dictorum Saxonum Anglorum, non inuenitur certò, & authenticæ historiæ documento, ibi fuisse Reges, & statum Regalem, maiestatem permanentem, nisi post tempus Caroli Magni, & paulò post illud tempus fuit ibi monarchia, dignitas, & sedes regia vsque in hodiernum diem permanens longè maiori & pace, & splendore post Euangelium receptum quàm prius. Quòd si historiæ Angliæ, & regum Angliæ valde sunt confusæ & incertæ pro tempore quo in vtraque Francia, & Orientali & Occidentali regnabat Carolus Magnus, vt ipsimet scriptores Anglici fatentur, etiam seculo Carolum Magnum præcedenti, satis constat esse incertiores, & pro maiori parte fabulosas, & falsas de tempore antiquiori, vel seculis præcedentibus. Quid enim falsius est, quàm id quod pro
- 46 veritate tradiderunt tempore dictorum Seueri & Balsiani? † Et adhuc falsius quod diu post illud tempus scripserunt, & finxerunt, videlicet quòd tempore Regis Cohel (quem fingunt septuagesimum octauum regem magnæ Britanniarum) Constantinus Cæsar (qui postea fuit Augustus) paulò post à se subactas, & Imperio Romano addictas Hispanias, traiecit in Angliam subacturus illam, & adiecturus Imperio Romano, cui Rex Cohel se subiecit, & tributarium Imperij Romani fecit, & post mensem quàm victus hoc iugum subiuisset, obiit relicta vnica filia Helena occultata in tugurio cuiusdam molendinarij, vbi latebat in molendino aqueo, ne agnita occideretur per Constantium, qui se Regem Angliæ coronari fecerat, & iuramenta fidelitatis, & (quæ vocant) homagia ab omnibus subditis & vassallis regni receperat, dictamque Helenam, vt vilis & pauperis molendinarij filiam rapuit, qua vt concubina abusus est, donec illam in vxorem assumpsit, postquam edoctus fuit illam esse filiam vnica, & hæredem Regis Cohel prædecessoris sui, ex qua in Anglia genuit vnum filium nomine Constantium, qui fuit Constantinus Magnus, patruus (vt fabulantur) sanctæ Catharinæ filia Costi, qui erat rex Cypri ex successione matris suæ, filius verò dicti Constantij ex priore sua vxore Regina Cypri.

Cypri. † Ecce aliam voraginem, imò abyssum mendaciorum. Atqui si Constantinus ille ex nobilissima stirpe patriciorum Romanorum progenitus, (vt testatur Eutropius, qui eo tempore viuebat, in lib. 2. historię suæ Romanæ) filius antiqui Senatoris Romani, & nepos in directalinea probi & valentissimi Imperatoris Claudij huius nominis secundi, mediam patraffet eorum, quæ sibi p falsas illas historias attribuūt, in crimen læsæ maiestatis Imperij Romani, incidisset. Quandoquidem Britannia magna iam centum annos ante Constantium illum erat (prout postea plus centum viginti annis permanfit) prouincia Romana. † Hoc autem verum est, quod dictus Constantius Chlorus fuit cum Galerio Maximino factus Imperator eadem ipsa die, qua Diocletianus & Maximianus Herculeus seipfos voluntariè destituerunt, & eodè conditò die malè gestum Imperium abdicârunt. Diocletianus in Nicomedia Bithiniæ in Asia minore, Maximianus verò Mediolani, postquam obtinuisent Imperium viginti annis, & exercuisent maiorem, longiorem, & crudeliorem persecutionem aduersus Christianos, quæ vquam fuerit, & decima nuncupatur, & tamen nihil profecissent, sed lassati tormentis, torturis, cædibus, maiorem timentes Imperij perturbationem, abdicârunt illud malè (fidem sacerdotibus Idolorum adhibendo) administratum. Sed Constantius ille non subegit, nec acquisiuit Hispanias, quæ iam plus trecentis continuis annis erant prouincia pacifica Imperij Romani, & tributaria, paucis locis exemptis, & Iure Italico donatis, vt patet etiam per leges Iurisperitorum, quæ sunt. ff. sub titu. de censibus, in fine, scriptæ plus centum annis ante Constantium Chlorum. † Verum est dictum Constantium fuisse filium eius, sed naturalem tantum ex quadam Helena: sed ista non erat Angla, nusquam fuit in Anglia, & adhuc minus erat filia Regis, tâtum abest Constantinum fuisse natum in Anglia ex Rege & Regina Angliæ: fuit enim conceptus & natus in quodam promontorio & portu maritimo Asiæ minoris, quod tunc Drepanum vocabatur, oppidulum in extremitate dicti promontorij longè protensa in Propontidem versus Occidentem, sed vicinam habes Nicomediam Bithiniæ, versus Orientem, in quem Drepani portum appulit Constantius, qui nec Imperator erat, nec Cæsar quidem, sed simplex legatus, à Diocletiano initio Imperij sui missus ad tractandam pacem cum Persis, Parthis, & aliis regiones Imperij in Oriente vexantibus. † Præfato Constantio in dicto portu appulso, Pandochæus filiam Helenam prostituit, non autem tradidit in vxorem: hac enim conditione Constantius noluisset, & si voluisset, non potuisset, obstante prohibitione legum Romanorum in l. lege Iulia. lib. vicesimo tertio, titulo 2. Pandect. & in 5. lib. Codicis. sed tabernarius ille tradidit ei filiam in concubinam fortuitam in transitu duntaxat: Adhuc miser ille Ethnicus felicem sese arbitrabatur filiam prostituere tam potenti & insigni Patricio Romano, quam infamem consuetudinem Poëtæ Ethnici etiam superstitione adiuuabant, nescio quid diuinitatis Heroibus, & progenitis ab eis turpi, imò blasphema sua adulatione affingendo. † Constantius ille non erat natus, nec oriundus è Galliis, vt Angliæ illæ historiæ fabulantur: sed è Roma, qua per aliam viam rediit, & tunc Diocletianus associauit Herculæum in Imperio, & ambo dictum Constantium Cæsarem vocârunt, eiq; Theodoram vxorem elocârunt, quæ non erat filia primogenita, nec aliàs genita ab Herculæo (vt scriptores illi Monachi Anglici finxerunt) sed erat priuigna Herculæi, videlicet ab eius vxore ex priore viro. † Postea verò vt rescuiuit Constantius se habere filiolum ex dicta Helena fortuita cõcubina apud Drepanum, iussit matrem & filiolum Romam venire, deinde zelotipiam metuens Theodoræ vxoris remisit eos in patriam, & filiolum ali curauit in aula sub custodia Imperatoris Diocletiani, & Galerij Maximini senioris, generi dicti Diocletiani, qui Nicomediæ residebant, vt testatur Nicephorus lib. 7. cap. 18. & lib. 8. cap. 2. † Constantinus autem ita nomine diminutiuo nuncupatus fuit à matre tabernaria, & à dicto Pandochæo auo suo materno, qui nõ ausi sunt ei dare nomen integrum patris, quod non competeat nisi filio iusto, & legitimo, & non spurio ex concubina fortuita & momentanea: quare nomen diminutiuum imposuerunt. Constantinus enim idem est ac paruus Constans, vel paruus Constantius, vt dixi, & scripsi in dictal. Lucius Titius. † Quod autem dicta Helena fuerit tabernaria, hospes, vel filia hospitis equitum, expressim habetur inter opera beati Ambrosij in vltima parte, in oratione funebri Theodosij Magni. Nec obstat totum illud vltimum tomum falsò attribui Ambrosio, vt apparet per césuram Desiderij Erasmi. Hinc enim consequitur quòd tanto prolixiori tempore post obitum beati Ambrosij scitum, & vulgatum fuit, dictam Helenam Constantini Imperatoris matrem fuisse concubinam, & tabernariam. Ita testatur etiam Blondus Pontificibus Romanis additissimus, lib. 3. Romæ triumphantis. † Ex his liquet, non solum falsa, sed etiam ridicula esse quæ *φειδολογοι* illi Monachi otiosi (vt Galfredus Monumetensis) putantes se illustraturos Angliam suam, ausi sunt scribere de primo matrimonio dicti Constantis cum filia prætensi Regis Cypri, quam Insulam, vt fabulosius quàm Athos nauigantem, nunc locant in Græcia, nunc in Perside regionibus *Ασδιωντα-σάρι* distantibus. Græcia enim est in Europa: Persidis autem trans Babylonem, Mediam & Assyriam, iuxta Indos. † Atqui certum est (omnibus historicis & Cosmographis simul concordantibus) quòd tunc, & plus centum annis ante & post dictum Constantem, Insula Cypri non erat regnum, sed mera prouincia Romana. Bene verum est, quòd post Alexandrum Magnum, quidam eius successores cæperunt eam nomine & titulo regni possidere: donec quatuor & quinquaginta annis ante Christum natum, sceleratus quidam ciuis Romanus Clodius author fuit iniqui decreti per populum Romanum condendi (vt refert Sabellicus) quo regnum Ptolomæi Regis Cypri, & omnes eius facultates sine causa publicarentur, id est, populo Romano

- Romano adiiicerentur, & cupiens insignem illum Catonem extrudere è Senatu, factionibus  
 57 suis id egit, † vt Catoni inuito ea prouincia imponeretur decreti illius iniqui exequendi.  
 Erat autem Cato apud Romanos eximia rectitudinis, iustus & incorruptibilis, scilicet in amo-  
 re, & commodis suæ Reipubl. Caterum extra hunc scopum, & erga extraneos nullum vel mo-  
 dicum Romani habebant respectum, suum verò statum, suam Rempublicam & eius amplifi-  
 cationem pro summo bono, & pro fine suo ultimo ducebant, imò etiam Dei, vel numinis lo-  
 co, vt etiam Cicero eodem tempore publicè professus est in sua oratione ad Quirites, & ad Se-  
 natum, palàm edicens, quòd eos habebat, & reuereri debebat in Deorum catalogo, ita sibi  
 58 placebant Romani in talibus blasphemis, quarum paulò post pœnas dederunt mutuis civili-  
 bus bellis, & suæ Reipubl. ruina. † Interea Cato ad executionem suæ commissionis profectus  
 est, cuius aduentu Ptolomæus mœrore consternatus seipsum occidit, prout post aliquot an-  
 nos fecit idem Cato apud Vticam: vnde Vticensis cognominatus est. Insulam Rege & præsi-  
 dio destitutam facillè Cato in formam Prouinciæ populi Romani perpetuò annexam reduxit,  
 & diligentissimè thesauros omnes defuncti Regis conquisiuit, gazam vniuersam, & opes (quæ  
 copiosissimæ erant) corrasit, & prædam Romam auexit. Cui Senatus, populus Roman. Con-  
 sules, & magistratus obuiam triumphi causa occurrerunt: vt testatur Valerius libr. 4. cap. 1.  
 historia 15. & cap. 3. historia 2. & libr. 8. cap. 16. historia 9. Plutarchus in eius vita, Sabell. Enne-  
 59 ad. 6. libr. 5. † In tali statu mansit Insula Cypri vsque ad ruinam Imperij Romani, quæ Gotho-  
 rum, deinde Longobardorum in Italiam incursum contigit. Nec Cypro restitutus fuit status  
 Regius, donec Richardus Angliæ Rex Hierosolymam proficiscens, anno Domini millesimo  
 centesimo octogesimo primo offensus ab Insulariis ingressum & vsum portus denegantibus  
 occupatam Insulam in suam potestatem redegit, & regiam sedem inibi erexit, sed post longas  
 & varias calamitates in Venetorum manus cecidit, anno Domini millesimo quadringentesi-  
 mo septuagesimo. Impostores illi & fabularum confarcinatores sacram historiam non lege-  
 rant, aut eam corrumpere moliebantur. In Actis enim Apostolicis c. 13. apparet quòd Cyprus  
 erat Prouincia Romana, Proconsulem habens Romanum Sergium Paulum, prudentè virum,  
 60 qui fidem & religionem Christi recepit. † Falsum est insuper quod monachi illi scripserunt,  
 appropinquante Constantino Romam, Maxentium fugisse Alexandriam Aegypti Metropo-  
 lim, vbi crudeliter persecutus est, & occidit Christianos: maximè sanctam Catharinam, quam  
 fingunt neptem dicti Constantini Imperatoris tum regnantis Romæ, & post multas disputa-  
 tiones ad conuincendam Catharinam contra eam per plures insignes Philosophos etiam è  
 Grecia (quæ tamen sita est trans Italiam, & in locis quæ tunc parebant dicto Constantino) ad-  
 ductos frustrà habitos, quos etiam conuicit, & ad Christum conuertit, cum illis martyrio co-  
 ronata. Atqui certum est Maxentium nunquam fuisse in Alexandria à tempore, quo Constan-  
 tinus cœpit exercitum ducere versus Italiam, vt Romæ imperaret anno Christi tricentesimo  
 vndecimo, qui erat tertius annus Imperij sui in Galliis Germanorum ope inchoati. Prius e-  
 nim quàm Constantinus ingrederetur Romam, Maxentius occurrens ei cum armis victus  
 61 obiit: igitur non potuit amplius proficisci in Aegyptum: imò nunquã exiit Italiam à tempo-  
 re, quo ibi nomen, & insulas Imperatoris vsurpauit. † Præterea Constantinus victor statim  
 cessare fecit Christianorum persecutiones per totum Imperium. Patris enim naturalis exem-  
 plo nunquam persecutus est Christianos, sed eis fauit, & eis fauendo, vicit omnes suos com-  
 petitores Imperij Ethnicos, Religionis Christianæ persecutores, & præsertim barbarum il-  
 lum, & literarum hostem Licinium, idque Francorum auxiliis, vt testatur Ammia. Marcellus  
 62 historiæ suæ libr. 3. † Cumque sic euassisset solus Imperator, oppidum quoddam construxit  
 in Drepano, portu marino Asiæ, vbi conceptus, natus, & alitus fuerat, quam nuncupauit He-  
 lenopolim, hoc est, ciuitatem Helenæ matris suæ, & iuxta illam in Asia construere voluit ma-  
 gnâ suam Constantinopolim, sed sterilitate loci dissuasus ædificauit eam in opposita regio-  
 ne Thraciæ multò fertiliore & amœniore, eo loci vbi iacebant ruina Byzantij à Seuero Im-  
 peratore destructi in altis ripis Propontidis maris, eamque nouam Romam nuncupauit, pa-  
 63 ri que dignitate, & iisdem priuilegiis & honoribus dotauit. † Præterea à morte Agrippæ se-  
 cundi huius nominis Iudæorum Regis, & mox à destructione Hierosolymæ per Titum facta,  
 nullus vnquam fuit Rex in Samaria, non magis quàm in Græcia, & insuper Samaria nunquam  
 fuit iuris Italici, nec libera, vt Romani maiorem partem Græciæ liberam fecerunt: Samaria ve-  
 rò facta est sub tributo, vt & Iudæa & tota Palæstina, diuisa in duodecim præfecturas sub Ro-  
 manis, vt testatur Blondus libr. 3. Romæ triumphantis: Galli vocant Balliuatus, aut Senescha-  
 64 lias. † Quòd nisi nimiam ebasim vererem, ingentem syluam similium mendaciorum falsò con-  
 fectorum veritatis securi radicitus abscindere possem, quibus tamen hætenus longè frequen-  
 tius & deuotius auscultatum fuit, & maior fides adhibita, quàm sacris ipsis scripturis, iustissi-  
 ma Dei vltione, qui sic permisit illi, & efficaciam erroris eos succumbere, quibus omni-  
 tens, & salutiferum verbum suum non fuit satis, nec amplexi sunt vnicum illum, & solum Re-  
 demptorem Iesum Christum à Deo datum, & sigillatum. Ita etiam prædixit beatus Paulus 2.  
 Thes. 2. & beatus Petrus in epistola 2. cap. 2. Ego verò Argentiæ agens anno 1553. & 1555. à fide  
 dignis accepi illustrissimum illum laudatissimæ memoriæ Eduardum 6. Regem Angliæ Chri-  
 stianissimum comburi fecisse libros illos fabulosos falsarum, & superstitiosarum narratio-  
 num, put Ephesi ad quinquaginta milia argenteorum vsta sunt, beato Paulo ibi concionante;  
 65 & biennio disputante in domo cuiusdam magnatis, Acto. 19. † Ad rem redeundo si pro iusta  
 historia



historia recipere vellem, quicquid in antiquis libris scriptum extat de origine & antiquitate Francorum, & Regum suorum successiue, plus duo milia annorum continua eius regni numerarem. At mihi sufficit ab eo tempore incipere, cuius extant certa & indubitata testimonia. Vulgò dicunt Francos hoc nomen accepisse à Franco Rege huius nominis secundo, qui regnabat anno trigesimo septimo ante natum Christum, pluresque victorias contra Romanos obtinuit, nec non contra Gallos, quorum regionem ingressus est ponte facto super fluuio Mosa: Sed nimis angusti sunt dicendo, quòd ea gens demum tempore dicti Franci nomen Francorum receperit. † Constat enim quòd longè vetustiori tempore Franci vocabantur, etiam per scripta hac in re indubitata, & omni suspitione maiora hostium Romanorum, quando quidem tempore, quo Caius Iulius Cæsar Gallias inuasit, & sub prætextu Heduos Romanorum confederatos defendendi, totas subigere Gallias in animum induxit. Anno quinquagesimo sexto ante Christum natum: iam inclarescebat nomen & fama Francorum, adeò vt vsque in urbem Romam, Populum, Senatúmque Romanum perueniret, etiam ipso Cicerone teste, qui de his quæ Romæ ferebantur scribens ad Atticum mentionem Francorum disertè facit, nec non de Legatis Francorum, qui ad Senatum, Populumque Romanum Romam venerant. † Vires suas formidabiles Iulio Cæsari experiri fecerunt in Galliis, vt ipsemet narrat, & fatetur lib. 6. belli Gallici, vbi refert Sicambros ponte facto super fluuio Mosa traieçisse, & cum duobus milibus equitum aggressos esse, & profligasse præsidium, quod ipse Leodij reliquerat in finibus Eburonum, vnde etiam longius progressi, quærentes Cæsarem cum oppugnaturi, quo non inuento castra eius tanta audacia aggressi sunt, vt exercitus eius panico terrore perculsi Romani de salute desperârint, vltimam internecionem expectantes, Franci verò cum magna præda reuersi sunt. † Illud certum est, dictos Sicambros eos fuisse, quos Cicero tunc viuens vocabat Francos, & tales publicè nuncupari vidit etiam Romæ, & cæteri omnes classici auctores concordant, & tunc apud eos regnabat in Franconia, seu Francia Orientali Autharius, qui regnare cœpit septuaginta duobus annis ante natiuitatem Christi. † Certa igitur, & indubitata historia est, quòd hodie anno salutis sesquimilesimo sexagesimo primo, iam plus mille sexcentis triginta duobus annis perennat, & perseverat regnum Francorum, id quod nulli alij Regno, nec Monarchiæ, nec Reipubl. quidem contigisse inuenitur. Quod enim ad excelsam illam Venetorum Rempubl. non sunt nisi circiter mille centum anni ab eius origine. † Quamquam autem secundum Hunibaldum ab obitu Marcomiri Francorum Regis descendens ex stirpe masculina Autharij, & Franci eius filij, Regum Francorum (qui quidem Marcomirus occisus fuit in bello contra Valentinianum primum Imperatorem) Franci sine Rege fuerunt spacio viginti quinque, aut viginti sex annorum, gubernati à Ducibus: tamen Duces illi erant de sanguine, & stirpe Regia, & conseruârunt idem regnum, & eandem gentem sub titulo gubernatorum, & Ducum donec Franci resumptis viribus traieçto rursus Rheno, capta Treuerensi vrbe super Romanos, & mox tota regione Galliæ ad usque Sequanam, † elegerunt Pharamundum, qui fuit primus Rex Francorum, qui sedem suam, statumque Regium pacificè in Galliis constituit, quæ proinde dici cœperunt Francia Occidentalis, quod anno Domini quadringentesimo vicesimo contigit, quo tempore etiam beatus Augustinus Episcopus Hippo-nensis in Africa scribebat Galliæ à Francis occupari, tam latè fama virtutis, & nominis Franci vehebatur: dictus enim Pharamundus erat de vera, directâ, & masculina stirpe Regum Francorum. Itaque nulla fuit interruptio, sed eiusdem Regni continuatio. Quid quod magnum est illud, & formidabile Romanorum Imperium quod Scipionum tempore incepit, & dominatoris orbis titulum recepit: non fuerit interruptum mutatione binorum consulum in decem tribunos militares, nec contrâ, nec mutatione quidem Reipu. in triumuiratum, mox lapso in duumuiratum, deinde in Monarchiam, quia iuxta l. proponebatur. ff. de iudici. l. qui res. ff. de solutio. semper mansit idem populus, eadem potestas, quamuis nunc per plures, nunc per paucos, nunc per vnum administraretur: prout nec regni, nec gentis Franciæ fuit interruptio, quando Pipinus breuis consensu omnium ordinum, vel statuum Regni factus est Rex Francorum, propter lasciuiam Childerici huius nominis quarti, & vltimi de stirpe Merouæi, qui Merouæus erat tertius Francorum Rex à Pharamundo. † Quandoquidem etiam absque dictâ statuum regni electione, regnum iure optimo eidem Pipino spectabat, vt in rectâ, directâ, & masculina linea descendenti à Ranchario filio primogenito Clodionis Comati filij & successoris Pharamundi, à quo Ranchario vero Rege annis minore dictus Merouæus (qui non erat filius, sed propinquus agnatus dicti Clodionis, & tutor filiorum eius) regnum abstulerat, & in se, & descendentes suos transfulerat, quod post trecentum annos recuperatum fuit à successoribus in rectâ linea masculina dicti Rancharij. † Ab illo enim descendit valentissimus ille Carolus Martellus Saracenorum maleus, qui fuit præfectus Palatij (Maiorem vocabant) & totum regnum Francorum gubernabat ab anno Domini septingentesimo decimonono, quo tempore poterat, si voluisset, Coronam, & regnum suo nomine sibi resumere: non enim latebat eum veritas, literas insuper, & documenta habebat, sed tam syncerus zelator fuit publicæ tranquillitatis, & publici boni regni, & populi, vt maluerit Gubernator regni manere, & tres successiue in Reges Francorum coronare, quos potuerat destituere, sed etiam corona Franciæ pacificè rediit, & in maiori amplitudine, & feliciori successu filio suo Pipino anno Domini septingentesimo quinquagesimo primo. † Errant qui secundam lineam, vel stirpem Regum Franciæ incipiunt à dicto Pipino patre Caroli Magni, si enim supputationi eorum locus esse deberet,

deberet, multò fortius secunda linea inchoari debebat à dicto Merouæo, & ita frustulatim secundo iam plusquàm quindecim haberemus lineas Regum. Quandiu ergo manet eadem stirps masculina, manet eadem linea: Atqui dictus Pipinus erat de patre in filium stirpe masculina descendens à prima Francorum Regum stirpe, siue incipiatur à Pharamundo, siue ab antecessoribus Pharamundi. Summa, duæ tantum sunt stirpes Regum Franciæ. Prima antiquorum & Germanorum Francorum, qui diu ante natiuitatem Christi regnare cœperunt, usque ad Ludouicum Quintum, & vltimum stirpis Caroli Magni, quæ defecit anno Domini 989. † Et tunc per expirationem, vel suppressionem primæ antiquissimæ stirpis Francorum: quæ à tempore dicti Antharij patris Franci secundi plus mille sexaginta annis perennârunt: & à tempore Pharamundi quingentis sexaginta octo annis in Galliis federat, tandem consensu, vel conuentione statuum Galliæ Hugo Capetus è gubernatore, seu Maiore Palatij Rex vocatus est. quibusnam artibus id effectum sit, non est hic dicendi locus. Quidam enim dicunt obitu dicti Ludouici Quinti Francorum Regnum expirasse in Galliis, in quibus nouum inchoatum fuit per dictum Hugonem Parisiorum Comitem, non tamen coronatus fuit: 75 sed viuens & re Regem gerens, filium suum Robertum coronari fecit Aureliis. † Hæc est secunda stirps quæ adhuc etiamnum regnat, iam sunt quingentis septuaginta duo anni. Et vera est continuatio veri & antiqui Regni, & eiusdem coronæ Franciæ, iuxta prædicta numer. 71. quæ non fuit in alium populum translata, nec in aliam manum quàm Francorum, seu indigenarum: deficiente enim vera priori masculina stirpe, quæ plus mille annis perennârât, assumptus fuit vnus è Galliarum gerendarum gnarus, ab eodem populo Francico, & statibus Regni, † sub pari conditione, & limitatione legis Salicæ, sub quæ priores antiqui Francorum Reges successerant in Corona de masculo in masculum proximiorum stirpis masculinæ: sub qua lege & conditione Pharamundus fuerat electus, & coronatus in Galliis. Quæ quidem lex non fuit per eum sancita, & multò minus inuenta: sed per eum agnita, & confirmata. Erat enim dicta lex, prout semper fuit iam inde ab initio, & origine primorum Regum gentis Franciæ, quæ nunquam Regem habuit alterius gentis, vel populi, nunquam regnum vel Corona translata fuit in exterum. Quòd autem tempore Childeri Regis ob libidines relegati, & quodam Aegidio Romano subrogato ad tempus, contigit circa annum Domini 460. frigusculum magis quàm diuortium fuit, iuxta Iurisconsult. Vlpian. in l. cum hic status. §. quid si diuortium. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Nec ille Aegidius in Catalogo Regum Francorum 78 recensetur. † Corona autem Franciæ semel locata in vna stirpe, semper in ea mansit continuata de patre in filium, vel de masculo in masculum proximiorum legitime descendentem è proximiorum linea masculina, & nunquam deuoluta fuit in fœminas, nec in masculos descendentes ex eis. Hæc fuit perpetua & peculiaris lex Francorum à prima regni origine renouata, & confirmata in Pharamundo, & iterum statuta & continuata in initio dictæ secundæ stirpis Capetorum. † Et citra quam antiquissimam legem Salicam, perpetuam, & inuolabilem legem Coronæ Franciæ, quando contigit lineam masculinam Philippi Pulchri deficere anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octauo, Eduardus à Vuindesora Rex Angliæ filius legitimus Elisabethæ Franciæ filia primogenitæ dicti Philippi Pulchri successisset in Corona Franciæ, & verius Rex Franciæ, fuisset: sed virtute dictæ legis Salicæ Philippus Valesius filius Caroli Comitissæ Valesiani, quanquam & collateralis, & remotior in gradu, minimè descendens à Philippo Pulchro; tamen quia masculus descendens è masculo à stirpe stirpis Regiæ, iudicio & decreto trium statuum, vel ordinum regni successit in Corona Franciæ, & pacifice coronatus fuit Rex Franciæ, iuxta dictam legem Salicam, cui Rex Eduardus re mature discussa, & examinata acquieuit. † Et anno sequenti 1329. fidelitatem, & homagium Philippo Valesio, vt Regi Franciæ personaliter in vrbe Ambianensi præstitit de ducatu Aquitaniz. Quanquam postea idem Eduardus sinistro consilio ductus, Deo ita in punitionem populi Francici, nimis luxu defluentis permittente (vt etiam Baldus tunc viuens, & legens Papiæ testatur in l. i. ff. de senatoribus.) regnum Franciæ, vt Rex inuasit, isque & successores sui circiter centum annos cruentis bellis, & magnis cladibus illud vexârunt: sed tandem oleum, & impensam (quòd aiunt) amiserunt, persistentibus semper Gallis virtute dictæ vetustissimæ legis Salicæ. † Hæc est secunda illa nostra consideratio, de qua supra, numer. 2. videlicet quòd hoc 81 regnum Franciæ fuit, & est præ omnibus simile regno Israëlítico Iudæorum instituto à Deo in persona Dauidis, anno creationis mundi bis millesimo octingentesimo nonagesimo primo. secundum veram computationem quæ est Hebræorum. Simile inquam hoc regnum regno Dauidico quantum ad successionem & deuolutionem coronæ. Certum est enim, quòd regnum Israëlítico datum à Deo Dauidi, & descendentibus suis masculis, adfectum fuit liberis masculis tantum legitime descendentibus. † Et quanquam Rex Dauid exclusis primogenitis prætulerit Salomonem iuniorem in successione regni, hoc Deo authore factum est. Deus enim specialiter ita decreuerat, vt patet 2. Paralipomen. 22. 9. nec potuisset Dauid aliter facere. Alioquin citra illud speciale decretum Dei regnum erat Adoniæ primogeniti respectu Salomonis, vt patet 1. Reg. 2. c. ibi, Tu nosti quia meum erat regnum. & ibi, sed translatum est regnum, & factum est fratris mei à Domino, &c. Postquam autem Dauid semel elegit, & instituit Salomonem filium naturalem & legitimum successorem regni: regnum deinceps semper deuolutum fuit de masculo in masculum, secundum ordinem primogenituræ & stirpis, ita vt finita masculina prole Salomonis tempore impiæ Athaliæ deuolutum fuerit ad posteri-

posteritatem masculinam Nathan fratris Salomonis, & filij Dauid in persona Ioas, industria Ioadæ fidelis Sacerdotis vt Philo, ceterique Hebræi declarant, cap. 11. Regum 2. & cap. 22. Paralipom. 2. † Prout ad usque apud Francos obseruatum fuit, & obseruatur etiam si millesimo gradu distaret is qui est de stirpe, in tantum quòd antiquior masculus secundum ordinem stirpis masculinæ semper successit in Corona Franciæ, vt & in regno Dauidico, & non alius. Hæc enim lex in regno Dauidico sancita, & conseruata fuit constitutione diuina, etiam iuramento Dei confirmata, Psal. 132. cui conformis in hoc est lex nostra Salica, quæ primaria est lex regalis Coronæ Franciæ, nata & publicata simul cum origine, & electione Coronæ Francorum, conformiter ad institutionem diuinam regni Dauidici, & Indæorum: in quo regnum & Corona Franciæ specialem habet, singularem & consonantiam, & æquiparationem. Quicquid ergo scioli quidam antiquitatis ignari blatterant, dictam legem Salicam rem esse commentitiam, eo quòd nihil apud Demosthenem, & Ciceronem & alios veteres Græcos & Latinos athenores reperiunt: Clarissimè liquet rem esse multò dictis antiquis authoribus vetustiore, & quæ non incepit à primis antiquis Francorum Regibus tantum, qui cœperunt ferè ante duomilla annorum: sed longè vetustiori tempore à prima origine Regum Israëlitarum inuenta fuit, & statuta diuinitus similis lex de deuolutione regni & Coronæ de masculo in masculinum, secundum ordinem prioritatis genituræ & stirpis masculinæ. Quinimò etiam diu ante Reges Israëlitarum temporibus Iudicum, quando populus Israëliticus voluit Gideonem facere Regem propter excellentia eius facta, & merita in Rempub. Israël. Quum ergo voluerunt ei dare regnum, & dominationem super se, obtulerunt & detulerunt ei Regnum & Coronam sub pari lege & conditione, qualis est hæc lex Salica: videlicet pro se, & pro eius filio post eum, & pro filio sui filij: hoc est in nepotes masculos legitimè descendentes de masculo in masculinum tantum. Hoc factum fuit duceptis triginta tribus annis ante regnum Dauidis, annis verò post obitum Moysi circiter 165. Veruntamen Gideon tam excelsi & recti animi fuit, & tam fidelis erga Deum, vt noluerit acceptare regnum, ab hominibus delatum, sed oblatam coronam, tam pro se, quam pro filiis & descendens suis, repudiavit, dicens (vt habetur Iudicum 8.) Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus. Enimvero (vt valentissimus ille & prudentissimus gubernator probè sciebat, & fore prævidebat) populus Israëliticus longè meliùs, & feliciùs gubernatus fuit sub Deo, & legibus eius, & in sua libertate cōseruatus (sub qua nullus vnquam Dei Propheta pulsatus, nec verbo quidem læsus fuit) longiore & stabiliore pace fruitus est, maioresque & illustriores victorias habuit: quàm vnquam postea sub Regibus, quibus, dum magis quàm Deo obsequitur, miserrimè cum illis destructus, & captiuatus periiit. † Redeundo ad Reges Israël. illud exploratissimum est, post obitum Salomonis regnum Israëliticum diuisum fuisse, & nouem tribus integras datas Ieroboamo, qui non erat de stirpe regia: sed hoc vltione diuina factum est. 1. Reg. 11. b. 1. & speciali iudicio Dei ita per Prophetam Semeiam declaratum. 1. Reg. 12. f. 2. Paralipom. 11. & Roboamus Salomonis filius, & heres, cunctusque eius populus, qui armati irruerant, acquieuerunt. Roboamo verò duæ tantum tribus integræ manserunt Iuda, & Benjamin. Nouem aliæ tribus integræ cesserunt Ieroboamo, computando secundum numerum filiorum ipsius Iacob. Sed secundum realem diuisionem terræ, Ieroboamus habuit decem tribus integras: quia Iosephus habuit duas portiones, ita vt filij sui Ephraim & Manasse duas tribus fecerint, vt patet num. 1. 2. † Tribus autem Leui, quæ non fuit numerata in tribubus Israël. & nullas habere poterat possessiones, communis mansit vtrique Regi, prout communis erat vndecim, vel (secundum diuisionem terræ) duodecim tribubus, & dispersa per eas, vt doceret & conseruaret doctrinam legis Dei, Sabbata celebraret per singulas vrbes, & villas, exercendo populum in laudibus & orationibus diuinis, annunciando verba & mandata Dei, & venturum Christum, nec parentum quidem, nec filiorum ratione habita, Deuter. 33. a. Quando verò non fit relatio ad diuisionem, & portiones terræ, sed ad personas & familias, tunc tribus Leui reputatur inter duodecim Actor. 26. 7. Summus autem Sacerdos, & præcipui Leuitarum erant in ministerio templi constituti à Deo Hierosolymis, erat autem Hierusalem in tribu Benjamin, sed spectans ad tribum Iuda, † vniuersum quidem tribum Israël dederat Deus Dauidi, & eius descendens masculis etiam cum iuramento: sed ea conditione, si fœdus eius & testamentum obseruarent non declinando ad alios Deos, nec ad Idolatriam, vel alium cultum à Deo non institutum: nihil detrahendo, nec addendo Religioni institutæ per Moysen, sed expectando Messiam, Psal. 132. Et quia Salomon ad finem vitæ suæ multitudinem vxorum & concubinarum dementatus Idolatra factus est, ethnica religione addita, poterat Deus stante iuramento suo totum regnum ab eo, suisque descendens auferre: sed propter Dauid seruum suum, qui in negotio religionis nusquam declinauerat, conseruauit filiis & descendens eius masculis regnum Iuda, vt expressim declaratur primi Regum 11. b. c. † Similis promissio Dei renunciata fuerat Ieroboamo post Idolatriam Salomonis, 1. Reg. 11. b. Et si Ieroboamus obseruasset veram Religionem à Deo institutam, certum est quòd Deus promissum ei factum, conseruasset: sed defectu fidei & timoris Dei, cecidit in metum hominem, & status sui conuellendi. dum autem citra Deum putat regnum suum tutum reddere & conseruare, cecidit in Idolatriam, quo facto pios & fideles Leuitas expulit, qui in regnum Iudæ sese receperunt. 2. Paralipom. 11. c. deinde creauit sibi novos sacrificulos, qui novos cultus, nouas festiuitates constituerunt. 1. Reg. 9. Ieroboam regnum suum magis quàm Deum diligebat, quare citò illud amisit. † Contrà Dauid amorem

Dei, & conseruationem puræ Religionis præferebat sibi ipsi, suæque coronæ, & Regiæ dignitati, vt apparet 2. Samuel. 15. f. quando fugiens Absalonem, sacerdotes & Leuitæ arcam ipsam fœderis domini post illū detulerunt, qui erat maior, & pretiosior thesaurus regni, sed Rex iussit arcam reportari in Hierusalem, dicēs, si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi, non places: prestō sum, faciat mihi quod bonum est coram se. quinetiam populum suum plus quàm seipsum, suamq; & paternam domum diligebat, vt clarè serioque professus est 1. Paralipo. 21. c. præsentando mortis periculo imminente, dicens, Domine Deus meus, vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei, populus autem tuus non percutiatur. † Propterea Deus testimonium insignne de illo perhibet, quòd custodierit mandata sua, & secutus sit Deum in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu Dei. 1. Reg. 14. c. Contra Saul reprehensus per Samuel de peccato suo, nec humilè se præstitit, nec se in toto Deo submisit, vt fecit Dauid: sed Prophetam rogabat vt excusaret, ne traduceretur aut vilesceret coram populo, sed iustus videretur, quare retentum fuit eius peccatum, quod non planè agnoscere, sed partim tegere, & sic retinere sibi volebat, nec sese totum Deo dedere. Et consequenter sententia iusti iudicij Dei ei pronuntiata fuit, videlicet, Pro eo ergo quod abiecisti sermonē Domini, abiecit te, ne sis Rex.

89 Et iterum, Scidit Dominus regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. 1. Samuel. 15. e. f. Sententiam Dei executio tandem secuta est, regno in perpetuum ablato Sauli, & descendantibus ex eo. † Prout etiam ablatum fuit filiis Ieroboami occisis per Baasan, cui propter idolatriam suam ablatum fuit, & sic deinceps de vno in alium varij exteri successores regno Israëlítico deiecti sunt propter Idolomaniam, quorum aliqui à canibus deuorati. Iehu verò quia sacrificulos Baal occidit, & eorum templa & Idola combussit, Deus promisit ei

90 conferuare regnum Israel, & liberis suis vsque in quartam generationem. † Sed quia hi quoque relapsi sunt ad Idolomaniam: Samaria caput regni tribus annis obsessa tandem fuit, & populus in captiuitatem abductus per Salmanassarem ducentis quadraginta tribus annis post obitum Salomonis. 2. Regum 16. postquam Teglati-phalaser, seu Tillath-poleser Rex Assur Salmanassaris decessor circiter quatuor tribus in exilium abduxerat. 2. Reg. 15. f. 29. Adhuc post quadraginta septem annos dictus Salmanassar Rex Assyriorum rediit, & iterum cepit Samariam, totumque regnum suppressit, & omnem populum Israelis anno 6. regni Ezechia regis Iuda, maximè Ephraimitas qui fortiores erant, & valentiores, & omnes captiuos abduxit in Mediam. 2. Reg. 17. b. & 18. 9. Itaque regnum Israelis in totum suppressum fuit propter Idolatriam, vt Esaias prædixerat. Esa. 7. † A fœda hac eradicatione, & omnimoda suppressione regni Israëlitici, imò etiam populi, qui non populus factus est, Osee 1. d. paruum regnum Iuda stetit adhuc circiter octoginta annis. Vt enim callentior quisq; & amantior diuinæ legis erat: ita se maximè à tyrannide & Idolatria Regum Israel subtrahebat, & Hierosolymæ potius sese recipiebat. Quò factum est, vt tribus Iuda nec tam citò, nec tam fœde corrumpetur: nulli bicopiosior numerus martyrum Dei fuerit, quàm in Iudæa & Hierusalem, intantum quòd etiam

91 post longam illam & crudelissimam persecutionem Manassæ filij pij Regis Ezechia, † tempore Iosia Regis Iuda admodum iuuenis, Helcias sacerdos magnus iussus à Rege inferre pecuniam ex oblationibus templo factis collectam in sarta tecta templi, inuenit librum legis Mosaicæ ferè obsoletum in templo, quem dedit Saphano scribæ, qui bonus & fidelis scriba, seu Cancellarius, non cancellauit, nec occultauit: sed statim detulit Regi, & coram eo legit: Pius Rex magna deuotione suscepit, & audiuit verbum Domini, scisisque vestibis suis cum fletu præmore præuaricationis, & metus instantis vltionis diuinæ, iussit consuli & inuocari Dominum, cuius fœdus cum populo renouauit, purgato templo, destructis idolis, & occisis omnibus sacerdotibus Baal, ita vt quicquid potuit, fecerit ad corrigendum & emendandum populum, restituendam & constabiliendam veram Religionem ex puro verbo Dei. 2. Regum 22. 23. & 2. Paralipom. 34. d. f. Quare Deus vltionem suam sustinuit eius tempore. Sed post eius obitum

92 † Eliachin eius successor lacerauit & combussit volumen Prophetiæ Hieremias. Hierem. 36. Sed Hierosolyma capta occisus fuit, & extra proiectus iacuit, & computruit insepultus vt asinus. Hierem. 20. Successor eius sese dedit: dedito Sedechias successit, qui concionante Hieremia credere noluit verbo Dei, nec idola tollere: nec sese dedere Nabuchodonosori: ideò Hierusalem capta, combusta, & funditus diruta est. Sedechias postquam vidisset filios suos occidi coram se, excæcatus est, & abductus in Babylonē cum populo suo captiuus: & regnum

93 Iuda prorsus in perpetuum suppressum. † Quò factum non fuisset, si credidissent verbis Prophetarum. A prima enim electione & institutione Regum Propheta Samuel, postquam eos grauiter reprehendisset, & pœnitere fecisset magni illius peccati quod patrârunt, Regem super se petendo, reliquit eis Regem ad onus expressissimum, quòd tam ipsi quàm eorum Rex sequerentur Dominum, eique seruirent in veritate toto corde, non declinando ad vanas vllas inuentiones, certificans eos alioquin quòd tam ipsi, quàm Rex eorum perirent. 1. Samuel. 12. ca. d. Et diu postea, scilicet centum annis ante dictam captiuitatem Babylonicam, & suppressionem regni, Esaias Propheta deplorauerat, & accusauerat crassam & nimis supinam ignorantiam populi, qui neque mentem, neque animum habuit Regibus suis dicendi, quòd in his quæ religionis sunt, potius crederet, & obediret Deo, & Prophetis eius, quàm Regi & sacerdotibus suis Idolatris. Et quia nõ fuit vsus τῆν ἀρχαίων, & scientia salutari, profligatus fuit, & abductus in captiuitatem sine rege, sine tēplo, sine tabernaculo, sine sacrificio, sine politia, absq; sacerdote, doctore,

doctore, & absque lege sicut ante Mosen fuerant, spacio septuaginta annorum, Esai. 5. d. vt & plus ducentis annis ante Esaiam vaticinatus erat Azarias in conspectu Regis Afa. 2. Paralipom. 15. a. † Quando verò Deus reduxit Iudæos ab illa captiuitate, non restituit eis regnum tempore perpetuò suppressum, cuius occasione magis aberrauerat, & Deo rebellauerat etiã Prophetas occidendo, quàm factum fuisset tempore Iudicum: sub quibus nunquam attentarunt sanguinem piorum fundere: sed tantum eos reduxit Deus, vt sacrificaturam externam, & ministerium Mosaicum restitueret, & continuaret vsque in aduentum Christi sui. Ceterum illi qui post bella Machabæorum (iuste & feliciter mota contra magnum Regem Antiochum, & successores suos pro defensione populi Dei, & libertatis veræ religionis) titulum Regum Iudæorum acceperunt, vsurpatores erant, nihilque iuris in Regia Iudæorum dignitate dudum suppressa habebant, & mox oppressi, & deiecti fuerunt per Romanos, & per Herodem Idumæum exterum, quem Antonius Triumvir, & post eum Augustus fecerunt Regem Iudæorum, subiectum tamen Imperij Romani. Quare idem Augustus tanquam subiectorum Imperij descriptionem Iudæorum fieri iussit, sub qua Iesus Christus Redemptor & mediator noster vnicus natus est à benedicta virgine Maria. † Quòd si Deus zelator gloriæ suæ quam non vult alij dare, & multò minus simulachris, Esaiæ 42. vindex in ira sua contra eos qui non recipiunt, nec amplexantur filium suum à se datum, & sigillatum in seruatorem, & mediatorem vnicum. Psal. 2. in fin. non pepercit regno Israelitico, nec regno Iudæ corruptis per Idola & simulachra: Regnum Franciæ minimè sibi blandiri debet, quasi fauorabilius eo prætextu quòd iam plus duplo perennauit, quàm regna Israelis & Iuda: sed necesse est, vt imitetur exempla piorum Regum Iuda, Ezechie & Iosia, qui purgauerunt & restituerunt religionem, iuxta purum verbum Dei, confringentes & eiicientes simulachra & sacrificulos eorum. Nullus enim alius modus est iram Dei iamiam imminentem euitandi. Psalm. 2. in fine. † Ceterum dicere hoc non spectare ad Regum & Principum officium: non est aliud quàm derogare authoritati & potestati quam habent à Deo. Et est planè crimen læsæ Maiestatis regiæ, pariter etiam diuinæ: cum huiusmodi calumnia principaliter contra Deum redundet. Exempla nimis manifesta sunt per seriem totius sacræ Scripturæ. Quid quòd super hoc Corona Franciæ non caret vberè copia domesticorum exemplorum. † Nec enim nouum est Reges Francorum de rebus Ecclesiasticis (præsertim ad coercendum, & refrænandum abusus, & supergressiones Ecclesiasticorum & Episcoporum quorumcunque, & Pontificum Romanorum) leges & edicta statuisse. Quandoquidem ante mille quinquaginta annos, Clodouæus Francorum Rex primam Ecclesiæ Gallicanæ synodum (regia scilicet authoritate & protectione factam) celebrari iussit Aureliis: vbi triginta tres Episcopi conuenerunt, & triginta tres Ecclesiastici Canones editi. quos ferè omnes Gratianus monachus Italus Decreto suo inseruit: & insuper habentur ad longum in primo Tomo Conciliorum generalium ad finem. Tangit Vincentius in Speculo suo histor. libr. 22. & dictus Gratianus 16. distinction. can. prima annotatio. vbi post venerabilem Anglosaxonem Bedam, versicul. decimanona. malè præposterat, vt contemptim solent in temporibus errare. quia omninò hæc est prima, vt ibi dixi in annotatio. marginali ad textum. † Et hoc anno 1561. circiter septingenti septuaginta anni sunt à tempore, quo Carolus Magnus, tãquam rex Francorum, deinde simul vt Occidentis Imperator, siue (vt Albertus Krantz historiæ Ecclesiasticæ libr. 1. c. 2. titulos eius ex veteribus diplomatis transcribit) vt Romanum gubernans Imperium, dominus & Rex Francorum & Longobardorum, nec non dominator & Saxonum, non solum multas leges politicas sanxit (quæ etiam vsque hodie in Saxonia vigent) vt testatur Bald. (qui quingentis annis post Carolum Magnum scripsit) in consil. 174. præsupponendum est quòd Carolus Magnus libr. 5. (sed etiam quinque Synodos, quas Abbas Vrsper. Concilia vocat) per Gallias celebrari iussit: videlicet primam Mogunciam, secundam Rhotomagi, tertiam Rhemis, quartam Cabilonæ ad Ararim fluuium, & quintam Arelatæ, vbi clero leges & ritus ordinati. † Ludouicus quoque Pius eius filius, & successor in regno & Imperio, celebrem indixit Synodum Aquisgraniam, ciuitate Franciæ Orientalis, vbi præter libros statutorum Ecclesiasticorum promulgatos, anno octingentesimo trigesimo edixit, ne Episcopi & clerici cuiusuis gradus, pretiosas & exquisitas vestes (puta sericas, & coccinei coloris, aut braçteatas ferrent) vt refert & adprimè laudat Platina in Gregor. 4. Robert. Guaguini, & Paulus Aemilius. † Iterum etiam præfati Carolus per se, & cum Ludouico Pio in consortium Imperij adscito. Idem quoque Ludouicus Pius per se, & cum Clothario primogenito suo in consortium Imperij adscito, constituerunt plurimas leges Ecclesiasticas) tam circa doctrinam Christianam & sacramenta, quàm circa ministros, & Episcopos) quibus etiam Ecclesia ipsa obediuit, vt patet tam ex Capitulari, seu Capitulis Caroli Magni, Ludouici quorundem Pij & Clotharij, quàm ex magno Decreto Gratiani, qui ex dictis constitutionibus multas leges Decreto suo inseruit, vt cap. sacrorum. 63. distinctio. cap. volumus. 11. quæstio. prima. Ex quorum constitutionibus (quas Capitularia, seu capitula vocabant, vt est text. in dict. cap. volumus.) Ansegisus Abbas, qui eorundem authorum legislatorum Regum, & Imperatorum Francorum tempore floruit, quatuor libellos suo quodam certo ordine distinxit. In primo, leges Caroli Magni ad statum & ordinem ecclesiasticum pertinentes, per capita 162. In secundo, leges Ludouici Pij & Clotharij eius filij de eadem re ecclesiastica. capit. 46. In tertio, leges præfati Caroli de re mundana, hoc est ciuili, cap. 90. In quarto, leges Ludouici Pij & Clotharij de eadem re. c. 20. continentes. † Carolus autem Magnus in dict. lib. primo. cap. 19. sanctam &

*Soli libri* catholicam legem statuit, videlicet, vt Canonici libri tantum legantur in Ecclesia. Idem prius  
*sacra scri-* circa annum Domini 417. statutum erat in Concilio Carthaginensi tertio cap. 47. vbi etiam  
*ptura le-* libri Canonici enumerantur, qui in nouo & veteri Testamento continentur duntaxat. Rur-  
*gantur in* sus idem Carolus libro primo, capit. 76. Episcopos & parochos ( tunc autem temporis non e-  
*ecclesia.* rant alij in ministerio ecclesiastico, factitij mendicantium ordines nondum nati erant) ad præ-  
*Ne sensu* dicationem verbi Dei, velut classico instruit, iubens etiam Episcopis, vt non sinant aliquos  
*humano* noua ex suo sensu, & non secundum scripturas sacras, fingere, & prædicare populo: sed vt ipsi  
*fiat præ-* met quæ ad vitam ducunt æternam, prædicent, aliosque instruant, vt hæc eadem prædicent. Et  
*dicentur* ibidem sanctam subiungit exhortationem: Ideo dilectissimi, inquit, toto corde præparemus  
*Vt verbū* nos in scientia veritatis, vt possimus contradicentibus veritati resistere, & diuina donante grā  
*Dei cur-* tia, verbum Dei currat, & crescat, & multiplicetur in profectum Ecclesiæ Dei sanctæ, & salu-  
*rat & cre-* tem animarum nostrarum, & laudem & gloriam nominis Domini nostri IESV CHRISTI.  
*scat.* Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria nostro IESV CHRISTO, Amen. † Et eodē  
 105 libr. cap. 80. statuit, vt quicquid à fidelibus Ecclesiæ sponte collatum fuerit, in ditioribus qui-  
*Distribu-* dem locis duæ partes in vsus pauperum cedant, tertia in stipendia clericorum aut monacho-  
*tio bono-* rum: in minoribus verò locis æquè inter clerum & pauperes fore diuidendum, nisi fortè à da-  
*rum ec-* toribus, vbi specialiter dandæ sint, constitutum fuerit. † Et cap. 83. statuit, vt nullus quilibet  
*clesia.* Ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere præsumat, quarum (scilicet personarum)  
 106 liberi aut propinqui hac inconsulta oblatione possint rerum propriarum exhæredari. Quod  
*Dedica-* si aliquis deinceps hoc facere tentauerit, à synodali vel Imperiali sententia modis omnibus fe-  
*tio in præ-* riatur. Et iuxta hoc in Concilio Moguntinensi, avaritia & turpe lucrum ablatum coërcetur.  
*iudicium* cap. vlt. 20. quæst. 3. † Et eodem libro sanctissimam & christianissimam legem edidit de præ-  
*heredum* dicatione verbi Dei, quæ cap. 103. sub titu. de pabulo verbi diuini nunciando, habetur in hæc  
*vetita.* verba: Episcopi verò, vt siue per se, siue per vicarios, pabulum verbi diuini sedulo populis an-  
 107 nuncient ( quia, vt ait beatus Gregorius, iram contra se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine  
*Pabulū* prædicationis sonitu incedit ) & vt ipsi clerum sibi commissum in sobrietate & castitate nutri-  
*verbi* ant. Superstitiones, quas quibusdam in locis, in exequiis mortuorum nonnulli faciunt, eradi-  
*Dei.* cent. Hætenus verba constitutionis, cuius finis consonat, his quæ Christus ipse scriptore Eu-  
 angelista Luca cap. 9. versicu. 60. ait, Siue vt mortui sepeliant mortuos suos, & his quæ scripsit  
 Moys. Leuit. 21. & beatus Paulus 1. Thessa. 4. & Ambrosius, qui libr. 1. de Abraham Patriarcha,  
 cap. 9. super illud Gene. 23. Cumque surrexisset Abraham ab officio funeris, sic colligit: Doce-  
 mur, vt non diutius inhæreamus mortuis, sed quantum satis est officij deferamus. Sententia  
 verò Gregorij I. citata in d. constitut. habetur in suo pastoralis, part. 2. cap. 4. & in libr. 1. suarum  
 epistolarum cap. 24. colum. 3. & postea per Gratianum inserta fuit in suo magno Decreto. 43.  
 108 distinct. c. 1. † Quinetiam in 3. Concilio Toletano cap. 22. statutum fuit ne in sepulturis Chri-  
 stianorum fierent aliæ ceremoniæ, nisi cantio Psalmorum, omnibus ceremoniis, & precibus  
 funebribus prohibitis, decernente id præfato sancto Concilio sufficere debere Christianis  
 pro officio sepulturæ, quod canantur Psalmi in spem resurrectionis, non dicit in liberationem  
 pœnarum, sed in testimonium spei. Et idem Concilium rationem exprimit per doctrinam  
 Euangelicam, & beati Pauli concludens, quod per vniuersum orbem corpora Christianorum  
 ita debent inhumari. Fuit autem illud sanctissimum Concilium, in quo hæresis Arriana dam-  
 nata fuit, & ingens turba populi, quinetiam plures sacerdotes, & Episcopi conuersi fuerunt ab  
 hæresi Arriana ad fidem catholicam: & illa conciliaris sententia habetur in magno Decreto.  
 109 13. quæst. 2. cap. qui diuina. & idem pariter in Galliis statuit vnus Regum Francorum ante tem-  
 pora Caroli Magni, cuius constitutio extat in Conciliis generalibus. † Redeundo ad stirpem  
 Caroli Magni, præfatus Ludouicus Pius filius, Francorum Rex, & Romanorum Imperator, &  
 pariter Clotharius eius filius & Imperator, libr. 2. capitulorum apud Ansegisum abbatem. æ-  
 què Christianissimam, & sanctissimam legem statuerunt de sacrosanctæ Cœnæ dominicæ sa-  
 cramento. cap. 38. & rursus capite 43. sub titulo, de corporis & sanguinis Domini communio-  
 ne laicorum, in hæc verba. Vt si non frequentius, vel ter laici homines communicent: nisi for-  
 110 tē maioribus quibuslibet criminibus impediuntur. Et quod Caroli Magni ætas hunc morem  
 integri sacramenti laicis tenuerit, testatur Ioachim Vadianus in Aeoli & Troade, citans acta  
 synodorum Germanicarum à morte Caroli Magni. † Illud notissimum est vsus huius sancti  
 sacramenti integri, tam laicis quàm etiam fœminis obseruatum, & retentum fuisse publicè, &  
 ordinariè in Galliis vsq; ad Concilium Constantiense, & deinde per Conciliū Basiliense per-  
 missum fuisse Bohemis, & omni regioni adiacenti. Quinetiam indifferenter permissum per  
 Decretales Papparum, quæ non tam corruptæ sunt, quàm liber sextus, Clementiæ, & extraua-  
 gantes, quæ postea superuenerunt. Adhuc enim tempore Decretalium vsus ille sacramenti in  
 vtraque specie panis & vini indifferenter obseruabatur: quinetiam specialiter iniunctum erat  
 sacristis cuiusque parochiæ, vt hanc sollicitudinem haberent, ne infirmi viri, vel fœminæ care-  
 rent administratione sacramenti in vtraque specie & panis & vini: vt expressè continetur in di-  
 111 ctis Decretalibus lib. 1. tit. 24. de off. Archipresbyt. cap. 2. & 3. † In quo loco per presbyteros  
 Cardinales nuncupantur, quia habent principalem curam parochiæ, & ad hoc obligati sunt.  
*Origo* Tum etiam eo tempore & ab antiquo maximè Romæ, Cardinales non erant aliud, q̄ parochi,  
*Cardi-* vel principales sacerdotes cuiusq; parochiæ, vt patet per omnes libros & epistolas Gregorij I.  
*nalium.* episcopi Romani. Idq; verum esse fatetur Cardinalis Florentinus, q̄ viuebat, nondū sunt centū  
 quadra-

quadraginta anni, vt etiam adscriptum in suis consiliis consil. 65. vbi ait, Cardinales Romanos fundatos esse in omni iure parochiali in locis suorum titularum, qui tituli non erant aliud, quam nomina parochialium Ecclesiarum, vt patet apud Gregorium Magnum, & in Concilio tempore suo Romæ habito. † Quid, quod tempore Clotharij Imperatoris, & Caroli Calui filiorum Ludouici Pij Francorum Regis, & Imperatoris Romani, Leo quartus Episcopus Romanus destituit & degradauit Cardinalem sancti Marcelli, eo q̄ in sua parochia sancti Marcelliam per quinq; annos non resederat, vt testatur Platina in vita dicti Leonis. † Sed postea quā Innocentius 4. Papa armorum impetu deuicit Imperatorem Fridericum 2. anno Domini millesimo ducentesimo quadagesimo septimo, & de spoliis illius dedit Cardinalibus suis galeros purpureos: tum (vt inquit Platina in vita Innocentij quarti) Cardinales reliquerunt parochias, seque fecerunt principes, & cognatos Regum: ita vt vilissimus mendicus si fiat Cardinalis, vocabit se cognatum summorum Regum, & illi vicissim voce & scriptis nuncupabunt eum cognatum suum. Videant Reges quorsum reciderit eorum prerogata nobilitas. † Praefati Ludouicus & Clotharius plures alias sanctas constitutiones fecerunt de ministris, & disciplina Ecclesiarum, è quibus pauca perstringam, vt è lib. 1. capitulorum Caroli Magni. Vt Presbyteri non ordinentur, priusquam examinentur: & vt excommunicatio passim, & sine causa non fiat. Et apud Ansegisum lib. 1. cap. 20. omnem simoniacum ingressum prohibet, & taliter ingressum deiici iubet. † Rursus vterque (scilicet Carolus & Ludouicus Pius) in suis Capitularibus iussit, vt Episcopi per electionem cleri & populi secundum statuta Canonum de propria diocesi (remota personarum & munerum acceptione) ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur, vt exemplo & verbo sibi subiectis vsquequaque prodesse valeant. Quam constitutionem inter alias Gratianus suo Decreto cum sua inscriptione fideliter inseruit, in cap. sacrorum. 63. distinctio. & originaliter. habetur in Capitulari (cuius è registris Regiis copiam habeo) lib. 1. cap. 78. † Item lib. 1. capite 5. & rursus lib. 4. cap. 114. sub titu. de liberis hominibus ad seruitum se tradentibus (quod etiam Ansegisus tradit in lib. 1. cap. 114.) districtè vetuerunt liberos homines monachatum profiteri, nisi licentia prius à Rege postulata. Et rationem addunt: Quoniam (inquiunt) audiuius quosdam ex illis non tam causa deuotionis hoc fecisse, quam exercitu, seu alia functione Regali fugienda: quosdam verò cupiditatis causa ab his qui res illorum concupiscunt circumuentos, quare hoc fieri prohibent. Quod autem attinet homines seruilis conditionis, hoc iam satis sine licentia suorum dominorum erat eis prohibitum. † Quæ lex multò sanctior & honestior est ea, quam (vt Paulus Diaconus lib. 11. de gestis Romanorum autumat) Valentinianus & Valens Imperatores, de monachis ad militiam reuocadis, circiter quadringentis quinquaginta annis retrò sanxerunt: vt habetur in l. quidam ignauia. C. de decurionibus, libro decimo. † Item apud Ansegisum lib. 2. cap. 36. iuxta beati Pauli doctrinam. 1. Timoth. 3. iubent sacerdotes esse irreprehensibiles, & nequaquam turpib. lucris deseruientes, nec se negotiis secularibus implicare, iuxta Apostolum 2. Timoth. 2. Et eodem lib. ca. 39. iubent omnibus prælatis, clericis siue laicis, clemèter & misericorditer tractare subiectos, siue in exigendis operibus, siue in aliis debitis, scientes fratres suos esse, & vnum secum patrem habere Dominum, quum clament omnes, Pater noster qui es in cœlis. Disciplina igitur eis misericordissima, & opportuna gubernatio adhibenda est. Disciplina, ne indisciplinatè viuendo authorem suum offendant. Gubernatio, ne in quotidianis vitæ comitatibus. Prælatorum adminiculo destituti, fatiscant. † Item lib. 4. capitularium, sequentia capitula quæ Ansegisus ponit in libello primæ capitulationis, videlicet c. 95. modis omnibus, & sub multa in capitulis contenta, prohibuerunt, ne pueri sine voluntate parentum tonsurentur, vel puellæ vellentur. Et cap. 109. ne puellæ infantulæ ætatis vellentur antequam eligere sciant, quid velint. † Et cap. 153. vt nullus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat. Quod Gratianus, Valentinianus, & C. 1. de cœ Theodosius quadringentis annis ante hos sanxerant, vt patet in l. 2. C. de sac. san. eccle. Rursus si. à Carolo idem Carolus lib. 4. c. 85. sub titu. de mansis Ecclesiarum, & in dicta Imperiali, apud Vormaciam legem illam edidit, quam Canonistę suppresso autore suis symmiltis attribuunt, in c. 1. de cenogno edisib. & ibi tetigi in Annota. ad tex. & in stylo Parlam. Parisiens. part. 3. titu. 50. & in meis annotationib. super magno decreto, c. sancitum est. 23. q. 8. † Idem Carolus in decreto à se edito mensis Martio, anno 11. regni sui, duobus & viginti annis ante adeptum Imperium, cap. 8. statuit, homicidas aut ceteros reos, qui legibus mori debent, etiam si ad Ecclesiam confugerint, non habere immunitatem: quod trecentis circiter annis ante eum statuerat Iustinianus Magnus in nouella 17. §. ceterum homicidis. & in Authen. de mandatis princip. tetigi in annota. ad Alex. immunitate eccl. lib. 7. consil. 145. & in dicta compilatione Ansegisi abbatis lib. 2. cap. 29. Ludouicus Pius & Clotharius vetant bona Ecclesiarum alienari, sub pœna Leoninæ constitutionis, quam innouant. Illa autem habetur in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccle. † Quibus, & aliis multis id genus (quas Episcopi breuitatis causa prætereo) constitutionibus, non est dubium omnes non solum laicos, sed etiam clericos & sacerdotes, & Episcopos etiam & Pontifices paruisse, iuxta illud Roma. 13. Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit, & c. vbi scribit beatus Chrysostomus, idè si legibus Paulum dixisse, omnis anima, vt ostenderet neminem hac subiectione excipi posse, etiam si Apostolus, Propheta vel Euangelista sit, nedum sacerdos, vel monachus: hanc enim subiectionem pietati nihil officere. Et 1. Petri 2. ibi. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, tanquam præcellenti, siue Ducibus, tanquam ab eo missis. † Porro quantum ad historiã, seu rei gestæ veritatem, quæ tota ecclesia etiam ipse Papa Romanis dictis legibus

regalibus

regalibus & Imperialibus obedierint, textus est apertissimus in cap. de capitulis. 10. distinct. ubi Leo 4. etiam sanctitatis nomine inter Romanos Pontifices commendatus, expresse & obnixè Lothario 1. tertioque Franco Imperatori, Caroli Magni, ex Ludouico Pio nepoti (quem Ansegisus in locis præfatis Chlotharium vocat) profitetur de dictis capitulis, vel præceptis Imperialibus Lotharij, suorumque prædecessorum (videlicet Caroli Magni, & Ludouici Pij) irrefragabiliter custodiendis, & obseruandis, seque nunc, & in æuum, modis omnibus conseruaturum, mendacij notam impingens cuicumque, qui aliter dixerit, vel dicturus fuerit.

† Quæ vltima clausula valdè notanda est, est enim velut diuina virgula, spirituque Prophetico, & censorio adiecta, ad derogandum ambitioni & vsurpationi futurorum Pontificum, cauillationi & imposturis futurorum Canonistarum, præsertim Archid. & Card. Alexan qui in d. cap. de capitulis, non sunt veriti præfatum Leonem arguere ignauia & timiditatis, quasi metu sic scripserit, & professus sit: quos omnes idem Leo mendacij præarguit. Et idem, ante Gratianum Iuo Carnutensis Episcopus libr. 2. Decretorum suorum testatur. Et rursus eadem distinct. cap. vlt. Idem Leo eidem Lothario, Vestram (inquit) flagitamus clementiam, vt sicut hætenus Romana lex (scilicet Imperatorum Francorum) vigit absque vniuersis procellis, & quæ pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta: ita & nunc suum robur, propriumque vigorem obtineat. † Hic est idem Leo, qui post monachatum præfati Lotharij, ab æmulis suis læsæ Maiestatis accusatus (nempe Imperij ad Græcos referendi) coram Ludouico Papa 2. præfati Lotharij 1. filio, quarto verò Imperatore Franco, Caroli Magni pronepote, causam dixit, eiusque iudicio sese purgavit, noxæque exemptus est, vt est text. in cap. nos si incompetenter aliquid egimus. 2. quæst. 7. † Iterum dictus Leo Papa rationes reddidit præfato Ludouico secundo de eo, quod idem Leo pro defensione Italia, & vrbs Romæ vsum armorum acceperat, & feliciter contra Sarracenos pugnauerat. text. est in cap. igitur. & c. sequen. 23. quæst. 8. vbi etiam tetigi in Annota. marginali. Et longè plenius refert Platina in dicti Leonis vita. Sarraceni impetum faciebant in vrbes, & portum maritimum Hostia, vt ex improviso irruerent, & diriperent vrbes Romam, in qua omni suspitione belli cessante, nulli erant milites, nullum præsidium Imperiale: cumque in tam magno subito & præsentaneo periculo impossibile foret ad Imperatorem recurrere, dictus Leo subiens, & supplens officium boni capitanei, & ducis belli, iussit populum armari, qui cum Romæ exiens adusque portum maritimum Hostia, ibi collatis signis prælium iniuit contra Sarracenos, quos debellauit, pluresque ex eis captiuos cepit: quorum alij strangulati fuerunt in portu, alij in seruitutem abrepti: quorum opera vsus est ad restauranda templa, & mœnia Romæ in præcedentibus Sarracenorum incurSIONIBUS demolita: & mox legatos misit, & expiatores ad Imperatorem in Galliis agentem ad exponendam necessitatem dicti periculi inopinati, & qualiter sese gesserat: ne fortè videretur voluisse aliquid vsurpare super potestate, autoritate, & iurisdictione Imperatoris. text. est in dict. cap. igitur. † vbi glossa 1. præposterè & ridiculè Canonistarum more colligit vrbes Romam pertinere Papæ, & non Imperatori: atqui oppositum sequitur, & contrarium colligendum est: aliàs ad quid necesse fuisset Papam negotij à se gestirationem reddere Imperatori, subiectionem agnoscendo, & obedientiam legum Imperialium profitendo. & iuri stando, etiam in causa criminali, vt nuper dictum est numer. 125. Hic insuper videtis quàm iniquè & stultè indocti hi Canonistæ reprehenderint, & vitio dederint timiditatem, & pusillanimitatem, quam falsò imprimunt præfato Leoni. qui per exercitum citò coactum, citò aggressus deuicit exercitus munitos, & omnibus bellicis rebus instructos, & quàm iniquè calumniant dicta & professiones præfati Leonis. quem tamen in Catalogo sanctorum agnoscunt. Sed mirandum non est, cum etiam in ipso Domino Iesu Christo, & in suis Apostolis reprobant, nec imitari, nec recipere volunt ea quæ derogant ambitioni & tyrannidi Paparum suorum. Ioannes quoque Papa 8. eidem Ludouico 2. Imperatori Franco earundem legum obseruantiam satis profitetur, in cap. vides. 10. distinct. De hisdem enim legibus loquitur, vt personarum & temporum qualitas, & historiarum series ostendit. Adde infra eod. † Et nondum 340. anni Ludouicus 9. anno 1238 legem edidit, qua decessorum vestigiis, & sacros canones antiquos imitando, aduersus nouas adinventiones, reseruationes, & præuentiones curia Romanæ, statuit, vt Episcopi, ceterique Prelati regni sui, similiter tam patroni, quàm collatores beneficiorum ecclesiasticorum, ius suum plenarium habeant, & vnicuique sua iurisdictione seruetur: insuper ecclesiarum cathedrales, & aliæ liberas electiones habeant, & earum effectum integraliter prosequantur: volens & ordinans, promotiones, collationes, prouisiones, & dispositiones prælaturarum, dignitatum, & aliorum quorumcunq; beneficiorum ecclesiasticorum regni sui, secundum ordinationem & dispositionem iuris communis, sacrorum Ecclesiarum Dei Conciliorum, atque institutorum sanctorum patrum fieri. † Quæ sanctio manifestè lata est pro libertate ecclesiarum Gallicanarum, ad conseruationem sacrorum Canonum, & Conciliorum Ecclesiarum, præsertim primatæ synodi Gallicanæ (vbi cap. 19. quod etiam habetur 16. q. 7. cap. omnes Basilicæ. statuitur, vt omnes Ecclesiarum tunc præsentis & futuræ, sint in potestate & dispositione, episcopi diocesani) nec non ad conseruationem Concilij Niceni cap. 7. Antiocheni, cap. 9. & habetur 9. q. 3. cap. per singulas 2. & antiquarum tum regalium, tum Imperialium in eam rem constitutionum, contra reseruationes, præuentiones, & nouas quæstuaras artes nouorum Pontificum. Et dicta constitutio habetur in stylo Parlamenti Parisiensis, part. 3. tit. 3. c. 1. Idem Ludo. nonus anno 1229. aduersus simoniæ crimen pestiferum ecclesiam labificans, aliam edidit constitutionem, quæ



quæ habetur in præfato stylo, part. 3. tit. 39. † Rursus idem Ludouicus anno 1268. celebri con-  
 sensu habito pulchram legem pro libertate ecclesiæ Gallicanæ statuit, quæ Pragmaticam San-  
 ctionem vocauit, & adhuc hodie vocatur Pragmatica Sanctio sancti Ludouici, per quam, inter  
 alia, vetuit omnes curiæ Romanæ exactiones impositas, vel imponendas. Sequitur tenor illius  
 articuli è Regeſtis eiusdem Senatus transumpti (nimis enim prolixum eſſet integram huc in-  
 ferere.) Item exactiones, & onera grauiffima pecuniarum per Curiam Romanam ecclesiæ re-  
 gni noſtri impositas, vel imposita (quibus regnum noſtrum miserabiliter depauperatum exi-  
 ſtit) ſiue etiam imponendas, vel imponenda, leuari, aut colligi nullatenus volumus: niſi dun-  
 taxat pro rationabili, pia & vrgentiſſima cauſa, ineuitabili neceſſitate, ac etiam de expreſſo &  
 ſpontaneo iuſſu noſtro, & ipſius ecclesiæ regni noſtri. Et iuxta hanc ſanctiorem, proſequen-  
 te procuratore generali Regis, latum eſt areſtum in eodem Senatu, anno 1463. contra colle-  
 ctōres & ſubcolletores Papæ, & iniunctum omnibus iudicibus, & officiariis regiis, ne ſine-  
 rent quicquam exigi, nec ob id quoscuque eccleſiaſticos, vel alios ſubditos Regis à quibus-  
 uis delegatis, vel commiſſariis Papæ, vel aliis, citari vel moleſtari. Cuius areſti verba diſpoſitiua  
 poſui in ſtylo eiusdem Parlamenti, par. 3. titu. 36. §. 10. † Philippus autem Pulcher anno 1303.  
 famigeratam illam legem edidit (quam vulgò vocant Philippinam) per quam Episcopis & pa-  
 rochis, omnibusque eccleſiaſticis regni ſui, prohibet exactiorem nouarum decimarum, &  
 primitiarum, & inſolitorum onerum, conſuetas tantum decimas exigi concedens: cuius te-  
 norem habes in ſtylo Parlamenti. part. 3. titu. 34. §. 1. & Bonifacij Oſtāui ſuperbiam contriuit,  
 vt in quinto trecentenario hiftoriæ noſtræ dixi. Philippus Valeſius partem iuriſdictionis ſuæ  
 ab eccleſiaſticis ferè abſorptam recuperauit, infrā num. 196. † Carolus autem Quintus Sapi-  
 entis elogio decoratus, contra ambitiones Paparum, eorum aduatores, falſas & impias opi-  
 niones, componi fecit Dialogum, cui titulus ſomnium Viridarij, vbi miles contra clericum  
 diſputat, eumque confutat. Fecit etiam in linguam Gallicam ſacra Biblia transferri non ſo-  
 lum Parifiis, ſed etiam in Picardia, Neuſtria, & aliis prouinciis regni iuxta idiotiſmum, ſeu dia-  
 lecton cuiusque regionis, vt vnaquæque regio ſacras ſcripturas in materna ſua, & vernacula lin-  
 gua haberet. Adhuc hodie extant veteres illæ Gallicæ translationes cum inſcriptione de man-  
 dato & iuſſu præfati Caroli Quinti, qui non ſolo nomine, ſed re, conſilioque ſapiens erat. † Et  
 inſuper idem Carolus 5. anno 1369. die 5. Ianuarij, ſtatuit ne Episcopi, ſeu alij Prælati regni ſui,  
 eorumue Officiales, aliquas cenſuras interditi, vel excommunicationis ferrent in vrbes vel  
 oppida, ſeu corpora & communitates regni. Quod edictum in publica monumēta dicti Sena-  
 tus relatum eſt in regeſtis antiquarum conſtitutionum, char. 62. † Carolus autem ſextus pu-  
 blico edicto anno 1365. colletores Paparum & Cardinalium expulit: prohibuit vlla beneficia  
 eccleſiaſtica regni ſui exteris conferri, nec per Cardinales etiam legatos, nec per Papas. Et in-  
 ſuper anno 1388. reuocata permiſſione, & poteſtate, quam collectoribus, & ſubcollectoribus  
 Papæ dederat, iuſſit eccleſiaſticis regni ſui bona eorum prehēſa libera reddi. † Et per edictum  
 quod integrum poſui in ſtylo Parlamen. part. 3. tit. 37. §. 1. contra Cardinales, & alios Officiales  
 Papæ beneficiorum, quæ in regno poſidebant, fructus exportantes, & dictos colletores, bo-  
 na decedentium Prælatorum occupantes iuſſit prehēdi, & ad manum ſuam poni fructus &  
 redditus beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ Cardinales, & alij extra regnum morantes, obti-  
 nebant: nec non penſiones quas percipiebant ſuper beneficiis regni, & per cōmiſſarios, à præ-  
 ſidibus prouinciarum deputandos, colligi, fundos coli, æs alienum diſſolui, ædes reparari, &  
 reliquum (ratione ſuis præſidibus reddita) per eos reddi illis ad quos ſpectabit. Et pariter bo-  
 na Episcoporum, Abbatum, Priorum, vel orphanotrophorum decedentium prehēdi, & ad  
 manum regiam poni, vt repulſis collectoribus & ſubcollectoribus Papæ, qui illis inhiabant, hæ-  
 redibus eorum, vel eis, ad quos de iure ſpectat, ſeruarentur. † Et paulò poſt ſe ſubſtraxit omni-  
 nò, & totum regnum, & Delphinatum ab obedientia Papæ, vt conſtat per regeſta dictæ Curie.  
 Hiftoriographi Gallie non ita ſcripſerunt, vt pote ſtipendiati prouentibus ſacerdotiorum ec-  
 cleſiaſticorum, in quibus recognoſcunt Papam ſupremum dominum, & quo & ſub quo maio-  
 res huiusmodi prouentus ſperant, timentes obtentis & obtinēdis beneficiis fruſtrari, ſi liberè  
 verum ſcriberent. Sed exteri, etiam Itali prærogatæ authoritatis, & maximæ apud Pontificios  
 authoritatis, vt Bald. Peruſinus præcellentiffimus Iurium Doctor, tunc legens & ſcribens Pa-  
 pię teſtatur id contigiſſe anno 1390. quo Rex Franciæ (qui erat dictus Carolus ſextus) denega-  
 uit obedientiam Benedicte decimo tertio, ſedenti Auenioni, nec tamen obediebat Bonifacio  
 9. ſedenti Romæ, & clariffimè oſtendit præfatus Doctor Italus, quòd dicta ſubſtractio obedi-  
 entie Papalis iuſtè facta erat. † Et comparat dictum Bonifacium boui, Benedicte verò be-  
 ſtiæ bellanti: & vtramque dictarum beſtiarum tam que boat, quàm eam quæ bellat, reprobat per  
 ſacram ſcripturam, quam citat, Pſal. 100. ſecundum numerum editionis communis. ver. ante-  
 pen. in his verbis, Ambulans in via immaculata. hic mihi miniſtrabit, id eſt, qui ſine macula, &  
 in bona conſcientia ambulat, hic eſt meus miniſter. Et quia neuter ita ambulabat, concludit neu-  
 trum eſſe miniſtrum Dei (tacitè innuēs vtroſque fuiſſe miniſtros Diaboli, vel Antichriſti.) Et ad  
 maiorem comprobationem interpretationis ſuæ, citat gloſſam ordinariam eo loci, ſuper ver-  
 bo, mihi, vbi exponit gl. non ſibi, cui addit Baldus, ſicut faciunt iſti, palàm digito oſtendens, &  
 oculis ſubiiciens in ſuis lectionibus, & ſcriptis publicis, quòd neuter dictorum Paparum mi-  
 niſtrabat Deo, ſed vterque ſibi ipſi, vt diſertè t. ſtatut. in c. olim. col. penult. de reſcript. in decre-  
 talibus. † vbi ad ſinem d. c. ait, quòd quando Papa eſt intruſus, id eſt, vitioſè ingreſſus, quicquid  
 facit

131

Pragmatica  
Sanctio  
sancti Ludouici.

,,

,,

,,

,,

,,

,,

Arreſtum  
Senatus  
Parifiſis

132

Philip-  
pina.  
Contra de-  
cimam in-  
ſolitam.

133

134

Caroli 5.  
edictum.  
Contra in-  
terdicta.

135

Carolus  
ſextus.

136

Contra  
colleto-  
res Papæ.

137

138

139

facit

- facit, nullum est etiam antequam destituatur, sed quando est canonicè ingressus, & postea destituitur, tunc id quod fecit ante suam destitutionem, valere potest, sed non id quod fecit post suam destitutionem: & quod contra Papam abutentem primò vtendum est verbis, secundò herbis, tertio lapidibus: & quod ubi non sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidium & tutela. Præfatus Baldus antiquus & celeberrimus Doctor non fuit in Concilio Constantiensi (iam enim obierat) sed eius autoritas multos adiuuit qui fuerunt in Constantiensi, & deinde in Basiliensi
- 140 Concilio. † Papa Regem, Principes & adherentes excommunicauit, & videns bullarum suarum dira fulmina sperni, famosum quendam libellum per emissarios sparsit, cuius copiam attulit quidam, dicens se nuncium Tholosanum: sed tanquam scandalosa & impia, per arrestum
- 141 supremi Parisiorum Senatus, die decima Iulij, anno 1401. latum publicè lacerata fuit. † Deinde eodem anno, die vigesima Iulij, intra decimam & vndecimam horam mane, ad exitum Senatus in præsentia Prælatorum & cleri ad gradus palatij congregati, è carcere Luparæ per lictores adducti sunt duo Bullistæ Papæ (qui truces eius censuras attulerant) & ad multam ignominiosam, quam Emendam honorabilem vocant, damnati, bigisque carnificum circumuecti, dedecorosis, pictisque vestibus amicti, mithris ludibriosis infulati, catamidiati cum inuersis insignijs Papæ, per compita traducti sunt. Et contra seditiosos quosdam ab edictis Regijs appellantes, decreta inquisitio, vtque tanquam rei læsæ maiestatis punirentur. † Deinde Papa vel suis
- Bullistæ  
Papa per  
sonaliter  
puniti.*
- 142 Cardinalibus & Officialibus cameræ Papalis comparentibus, & plenè auditis in Parlamento Parisiensi per arrestum solenne die duodecima Septembris anno 1406. iure cautum fuit, quod Papæ & Officiales sui cessarent ab exactioibus anatarum, & aliorum reddituum & pecuniarum: & quod etiam per eos exacta impedirentur efferri. † Cæterum non est nouum Papas Romanos nixos fuisse per suos sacrificulos & monachos, quorum seruitutis sacramentum habent
- Arrestum  
cōtra Of  
ficiales Pa  
pa, & Offi  
ciales sui  
cessarent  
ab exacti  
onibus an  
atarum, &  
aliorum  
reddituum  
& pecuniarum:  
& quod etiam  
per eos exacta  
impedirentur  
efferri.*
- 143 contra omnes quoscunque sine vnus exceptione, seditionem excitare in Regem Franciæ contra ipsum Regem. Quam impiam viam circa annum Domini 1306. praticare voluit Bonifacius Octauus contra Philippum Pulchrum. Occasio fuit ad abolendum iura Regaliæ, & alias collationes præbendarum pleno iure spectantium Regi ratione suæ Coronæ: deinde Papa progressus, sese superiorem declarauit & Regis, & regni Franciæ, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus: & immisit quendam cuculatum Ioannem Monachum, insignem Canonistam & Cardinalem suilateris, qui sub prætextu exercendæ suæ legationis non solum exploratorem ageret: sed etiam impulsorem ad concitandū Episcopos, & Prælatos contra Regem, & cogendum secreta conuenticula ad declarandum Regem rebellē, & hæreticum, & ad absoluendum omnes vasallos, & subditos Regis à sacramento fidelitatis, & extrudere regem ipsum regno, vel cogere ad abdicationem iurium Coronæ, & ad homagium (quod vocat) regni, seu fidelitatem Papæ præstare, tanquam vasallum sedis Romanæ, vt paulò ante Ioan. dictus sine terra, fecerat de regno Angliæ. † Qua machinatione detecta monachus ille pedibus salutem quæsiuit, & tunc bello aperto Bonifacius Papa donauit regnum Franciæ Alberto electo Imperatori, offerens illum confirmare in Imperio, & in Imperatorem, Regemque Franciæ coronare, si bellum mouere vellet in Regē Franciæ, ad cuius & regni Franciæ destructionē omnem mouebat lapidem. Etiam inter Italos excellentiores, & antiqui doctores de Bonifacio illo scribunt, quod intravit vt vulpes, regnauit vt leo, & mortuus est vt canis. Bal. c. i. de natu. feud. in vsib. feud. † Martinus Quintus electus in Concilio Cōstantiensi, mox vt fuit in possessione Papatus, non contentus omnibus illis amplissimis redditibus sibi accumulatis, è quibus plus tribus annis duò Papæ pompas suas, & bella mutua aluerunt, & à quinq; vel sex annis tres Papæ, deinde quatuor Papæ simul, conatus est omnes ecclesias stipendiarias facere, & renouare non solum antiquas reservationes damnatas per Conciliū Constantiense, sed et omnes quæsturias inuentiones ortas, & factas tempore schismatis, quod fere triginta nouem annis durauerat, idque potissimum super regno Franciæ: ad quam tempestatem amoliendam anno secundo Pontificatus dicti Martini tres statuum ordines conuenerunt Parisiis, quorum communi decreto antiquæ constitutiones, & leges contra grauamina & vsurpationes Paparum renouatæ sunt, & Senatusconsulto curiæ Parisiensis factò mense Maio, 1418. dictum & sancitum fuit, quod notificarentur dicto Martino Quinto, qui eas acceptare teneretur, vel promitteret non contravenire, priusquam in Pontificem agnosceretur, & quam ei vlla obedientia præstaretur. † Et quia dictus Martinus Quintus, sui que Officiales nolebant acquiescere, sed Ecclesiam Lugdunensem interdicto submiserunt, per arrestum Parlamenti Parisiensis prolatum, anno 1422. decretum fuit, quod non obediretur dictæ sententiæ Papali, vel censuræ interdicti, sed quod vt abusiua negligere, & requirente Procuratore generali Regis in dicta Parlamenti Curia facta est inquisitio contra quosdam seditiosos Papistas, & maximè contra Rectorem vniuersitatis, qui appellabat ab edictis Regis ad Papam, tanquam contra criminosos læsæ maiestatis Regiæ, vt patet per regeſta eiusdem Senatus. † Eodem tempore Ecclesia Germanica, & vniuersa Allemanorum gens iam à longo tempore nimium oppressa, & expilata per exactores & quæstuarios indulgentiarum Papæ, plures eidem supplicationes fecerat ad finem moderationis obtinendæ, Papis semper eam denegantibus & causificantibus, quod seminabant eis spiritualia longè pretiosiora temporalibus, quæ demetebant, & quod Germani abunde contentari debebant recipiendo centuplum in condonationibus, quas vocant indulgentias Papales, vt in suis epistolis testatur Aeneas Syluius, qui tunc vivebat. † Dicitur Aeneas quauis initio summis laudibus euexisset, & approbasset Concilium Basiliense, tamen postea aulicus Pa-

cus Papæ factus, tam gnauiter incubuit ad cogendam tyrannidem, & reditus Papatus, ad quem postea peruenit, vt Germanis & Concilium Basiliense, & neutralitatem abstulerit, & Germaniam effecerit seruam, & patriam quam vocant, obedientiæ Papalis, auxilio Friderici Austrici electi Imperatoris, qui in huius contra patriam facinoris remunerationem, & postquam etiam coëgisset Felicem Sabaudum, qui creatus fuerat Papa & Episcopus Romanus in Concilio Basiliensi, ad renunciandum Papatui ad commodum Papæ Romæ regnantis fuit ab eo coronatus in Imperatorem Romæ, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo. † Carolus Septimus Franciæ Rex, anno 1437. prohibuit Episcopos, & Prælatos regni sui ire ad Concilium Ferrariense, quò citati erant per Eugenium quartum successorem Martini V. & anno 1439. Pragmaticam Sanctionem instituit Auarici Biturigum contra Anatas, & reseruaciones & inuentiones Paparum, & anno 1440. per publica diplomata homologata in Parlamento Parisiensi prohibuit admitti, publicari, vel exequi quascunq; bullas citationum, priuationum, vel censurarum Romanarum, & transgressores, vt rebelles puniri. † Ludouicus Francorum Rex anno 1464. & rursus anno 1478. publicis edictis vetuit pecunias initti, vel deferri Romam, aut literas institorum Romanorum, seu bullas aliquas inde afferri: quæ edicta anno 1478. renouauit, vt plus sexaginta annis antea fecerat Philippus Pulcher: & in super custodias per itinera & loca disposuit, & iussit omnes habentes beneficia ecclesiastica personaliter in eis residere sub pœna regiæ manus iniectionis, & amissionis fructuum. † Sed vsque ad eò pithanologia Aeneæ Syluij in Pontificem Romanum assumpti, seu potius poëtica & diabolica eius arte inescatus & illectus fuit, deinde superstitione cuiusdam funigeri successoris dicti Syluij in Papatu, videlicet Sixti Quarti, vt Pragmaticam illam patris sui Sanctionem, vnicum aduersus Pleonexiani Paparum libertatis propugnaculum, aboleri consentiret, & iuberet de ea re scribens Parlamento Parisiensi. Sed Procurator eius generalis cognomine de sancto Romano, vir probus (qui hoc officium non emerat) impediuit: quantum uis Rex ille Ludouicus 11. ad usque tyrannidem imperiosus esset. † Ludouicus 12. multas in Italia vrbes vi armorum quæsiuit, & subiecit Iulio secundo Papæ, qui mox non solum eum irrisit, & Italia expulit: sed etiam in eum Hispanos, Germanos, Heluetios, Anglos, regnum Franciæ deleturus, concitauit, & armis deturbauit Concilium aduersus se coactum Pisis, & fugauit illud Mediolanum, & è Mediolano Lugdunum: Diripi fecit domum, bibliothecam & libros Philippi Decij, qui à patribus Concilij consulendo steterat. Et quia Iulius ille suspensus fuit à Papatu per Concilium Lugdunense, non solum omnes Gallos excommunicauit, sed omnibus trucidandos exposuit bullis patentibus emisissis, quibus omnium peccatorum condonationem plenariam faciebat singulis occidentibus Gallum vnum. † Et quia regna Franciæ & Nauarræ primo occupanti dederat, Ioannes Gippon, seu Ferdinandus Arragonum Rex, Legionis & Castellæ administrator, Pompeopolim regni Nauarræ caput, & maiorem eius regni partem occupauit, spoliando Ioannem Albretum, & Catharinam eius vxorem Reginam, filiam & hæredem Gastonis Nauarræ Regis absentes, nulla belli denunciatione facta contra fas, & ius omnium gentium, solo prætextu censuræ Papalis: nec aliud habent ius successores dicti Ferdinandi, vt dudum scripsi super Consuetu. Parisiensi. §. 29. Antiqui scriptores (vt Strabo Geographiæ libr. 3.) testantur Pompeopolim & circumiacentem regionem à Vasconibus habitatam & possessam etiam tempore Octauiani Augusti, & sic plus quadringētis annis antequam esset Rex in Castila, & quàm Castiliæ nomen natum esset. Quinetiam de Antiquitate regni Nauarræ testatur insignis Hispanus Isidorus Hispalensis Episcopus qui ante mille annos vixit, & scripsit in libro Etymologiarum. † Facile est intelligere quo spiritu bonus ille Rex Ludouicus 12. populi pater, iustitiæ cultor, concitatus fuit cogere & emittere exercitum ad flammis & gladiis trucidandos, & funditus delendos habitantes vallis & villarum Merindolij & Cabriarum, reliquias horrendæ illius persecutionis factæ in Albigio, & regione Aquitanix, quam Galli vocant linguæ Occitanæ, tempore Innocentij 3. Administri Papæ Regi illi persuadebant esse maleficos, dæmonum inuocatores, & omni libidini ad incestus vsque prostitutos, eumq; grande operæ pretium facturum, summiq; erga Deum meriti, ingentemq; mercedem à Deo, sanctaque sede Romana consecuturum, si eos ad internecionem destrueret. & huiusmodi præstigiis excludere nitebantur Legatos dictorum habitantium, & efficere ne Rex eos, vt Dei & hominum hostes, audiret. At Rex herouito animo ait, quòd etiam si cum Turca, vel cum diabolo bellum gereret, tamen eos audire vellet. † Admissi Legati dixerunt se non ignorare Regem non sponte sua eis bellum inferre, sed impulsu Papæ qui eos falsis calumniis insimulârat, ingenuè fatentes se non agnoscere Papam, nec ei obedire propter abusus & errores, quibus eos volebat inficere, & irretire. Sed quòd credebant Euangelio Iesu Christi, & totis sacris Bibliis, vt Rex ipse, & omnes eius subditi, eiusdem articulos fidei & symboli Apostolici, & præcepta Dei tenebant, vt ipse, infantes suos baptizabant iuxta institutum Euangelij, diem Dominicum obseruabant, & cætera Dei mandata, nec mori detrectabant, sed omnes morte puniri volebant, ni hæc vera essent: rogantes, vt Rex prius exploratum mitteret, an ita esset, quàm in eos ferrum stringeret. † Misit Rex Do. Fumæum libellis supplicibus in Regia sua præfectum, & magistrum Paruum, famoso vir opere Parisiensem qui tunc viuebat, & alium Doctore Sorbonicum, qui sibi à confessione auriculari erat. ex eo ordine medicantium, quos fratres Prædicatores vocant, qui ambo peragrârunt, & visitârunt omnes Parochias, & templa eorum, nulla inuenerunt simulachra, nec vestigia, ant ornamenta missarum, & ceteroniarum Papalium: viderunt nihil esse de magicis

magicis artibus, seortationibus, & aliis criminibus à Papiſtis impoſitis. Sed quæ obſervabant diem dominicū, baptizabant iuxta formam primitivæ Eccleſiæ, docebāt articulos fidei, & præcepta Dei. Rex audita relatione ſuorum commiſſariorum qui omnia perſcrutati fuerant, deierans exclamavit habitantes illos meliores eſſe Chriſtianos ſe, & populo ſuo: exercitum reduxit, privilegia eorum & immunitates confirmavit. Plures etiamnum de eorum Religione diſputationes extant in fasciculo rerum expetendarum & fugiendarum, impreſſo Colonia anno Domini ſeſquimilleſimo trigefimo quinto. † Certum eſt recenti adhuc memoria Chriſtianos illos

157 vallis, & villarum Merindolij & Cabriarum acerrimè rursus calumniatos fuiſſe tempore Franciſci Regis primi: Cui pro innocentia ſua defenſione anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo quarto tranſmiſerunt confeſſionem fidei ſua, quæ ad verbum extat in libro Gallico, quam hic pingui Minerua in Latinum vertimus ad verbum, ut ſequitur.

158 † Nos credimus unicum tantum eſſe Deum qui ſpiritus eſt, creator omnium rerum, pater omnium qui ſuper omnes eſt, & per omnia, & in omnibus nobis, qui debet adorari in ſpiritu & veritate, in quem ſolum ſperamus, cui ſoli damus gloriam vitæ noſtræ, alimentorum, ſanctis, infirmitatis, proſperitatis, & aduerſitatis: & quem amamus, ut omnis bonitatis authorem: & timemus ut verum cognitorem cordium. Nos credimus Ieſum Chriſtum eſſe filium & imaginem patris, & in eo habitare omnem plenitudinē Deitatis, per quem cognoviſcimus patrem, quiq; noſter eſt mediator & aduocatus: nec eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus in quo ſaluos nos fieri oporteat, in cuius ſolius nomine inuocamus patrem. Nec aliis utimur orationibus, quàm his quæ continentur in ſacra ſcriptura, vel concordant cum illis in ſententia.

» Nos credimus Spiritum ſanctum conſolatorem noſtrum eſſe, procedentem à patre & filio, & quod per eius inſpirationem precamur per ipſum renouati, qui operatur omnia bona opera in nobis, & per ipſum notitiam habemus omnis veritatis.

» Nos credimus vnā ſanctam eſſe Eccleſiam, quæ congregatio eſt omnium electorum & fidelium, qui fuerunt ab initio mundi, & erunt ad finem vſque, cuius Eccleſiæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus caput eſt, quæ etiam gubernatur per verbum eius, & dirigitur per Spiritum ſanctum, in qua omnes boni Chriſtiani conuerſari debent: pro omnibus enim illa orat ſine intermiſſione, & eius oratio grata eſt Deo, extra quam nemo ſaluari poteſt.

» Nos obſeruamus, quod miniſtri Eccleſiæ, ut Epifcopi & paſtores debent eſſe irreprehenſibiles, tam in vita, quàm in doctrina: aliàs à tali officio deponendi ſunt, & alij in eorum locum ſubſtituendi, & quod nullus hunc honorem accipere, præſumere debet, niſi qui vocatus eſt à Deo, ut Aaron paſcens gregem Dei, non ad occaſionem turpis lucri, non ut dominium habeant in

» clerum, ſed factus ſpontaneè gregis exemplar in verbo & vita, in charitate, in fide, in caſtitate. Nos fatemur Reges Principes & gubernatores ordinatos, & conſtitutos eſſe miniſtros Dei, quibus obediendum eſt: quoniam ipſi gerunt gladium pro defenſione innocentium, & ad puniendum mala operantes, quam ob cauſam tenemur eos honorare, & tributa ſoluere. Aqua poteſtate nemo ſe eximere poteſt. Hoc enim vetitum eſt exemplo Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui voluit tributum ſoluere abſque apprehenſione iuriſdictionis & dominationis temporalis, utens duntaxat gladio verbi patris in paupertate.

» Nos credimus in ſacramento Baptiſmi aquam eſſe ſignum viſibile, & externum, quod nobis id repræſentat, quod per virtutem Dei inuiſibilem inuiſibiliter fit intra nos, videlicet renouatio ſpiritus, mortificatio membrorum noſtrorum in Ieſu Chriſto, & per quem Baptiſmum recipimur & incorporamur in ſanctam congregationem populi Dei, proteſtantes & declarantes coram ea noſtram fidem & mutationem vitæ.

» Nos credimus ſanctum ſacramentum cenæ Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe ſanctam vnā memoriam, & actionem gratiarum pro beneficiis, quæ nos recipimus per mortem, & paſſionem eius, & quæ Cœna fieri debet in cœtu, in fide, & charitate explorando quiſque ſeipſum, & ita edendo de hoc pane, & communicando ſanguini Ieſu Chriſti, quemadmodum in ſacris ſcripturis deſcriptum eſt.

» Nos conſitemur matrimonium eſſe bonum & honorabile, ſanctum & à Deo inſtitutum quod nemini prohibendum eſt, niſi ſit impedimentum per verbum Dei.

» Nos conſitemur quod timentes Deum ſoliciter erunt ea quærere, quæ ei placent ad faciendā bona opera, quæ præparauit, ut in illis ambuletur: quæ ſunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, manſuetudo, temperantia & alia opera contenta in ſacra ſcriptura.

» Contra fatemur cauendum eſſe à falſis Prophetis, & prædicatoribus, quorum ſcopus eſt auertere populum à vera adoratione (quæ ſoli Deo & Chriſto debetur) & inniti creaturis, & illis fidere. Tum etiam relinquere bona opera, quæ in ſanctis ſcripturis continentur, ea verò facere, quæ ab hominibus inuenta ſunt.

» Nos habemus pro regula fidei noſtræ vetus & nouum Teſtamentum, & conſentimus generali confeſſioni fidei cum his, qui tenent articulos contentos in ſymbolo Apoſtolorum.

» Quod ſi teſtificationes extant contra nos, quod aliam doctrinam teneamus diſcrepantem ab ea, quam nunc in pura conſcientia abſque vlla fictione declaramus, nos clarè docebimus (ſi ordinario iudicio cauſæ cognitio non denegetur) accuſationes & teſtificationes illas neras eſſe calumnias, contra veritatem eſſe fabricatas.

159 † Cæterum alij, præſertim Ioannes Sleidanus ſatis deſcripſerunt quàm impiè, proditoriè & crudeliter fideles illi Chriſti occiſi, deprædati & vſti fuerunt anno Chriſti ſeſquimilleſimo quadra-

quadragésimo quinto. Et quia omnibus vndique increbuerat, & pro certo & explorato habebatur tantum impium & crudele facinus iussu Regis Francisci perpetratum esse, cuius etiam auctoritate & facto Papistæ tanti sceleris inuidiam à se auertere, & in Regem transferre (vt olim Iudæi mortem Christi in Pilatum) nitebantur: factum est, vt quamuis Cardinalis Turnonius, qui sub Francisco regnauerat, & adhuc potentissimus erat in aula: tamen Rex Henricus nõ solum à patre factum esse abnegauerit: sed etiam publicè in Parlamento Regio per Procuratorè & Aduocatam regios propugnari & iustificari, procurauit innocentiam dictorũ occisorum & vltorum, & q̄ non fuerunt trucidati nec vlti mandato patris. Veruntamen ea solènis actio, quæ per mensem durauit, non fuit inchoata, nisi ad finem Septembris anno sesquimillesimo quinquagesimo primo post bellum palàm apertum & publicatũ aduersus Papam & Imperatorem, & cum Rex declarasset se non approbare Concilium Tridentinum: non tamen scelus homicidij dictorum fidelium punitum fuit. Et maius bonum dictæ menstræ disceptationis forensis fuit, quòd ea fidei confessio fuit ibi publicè me ad hoc præsentè & urgente, lecta. † Redeundo ad rem, ius quoq; ciuile Romanum redundat legibus ab ipsis Christianis Imperatoribus la-  
 160  
 tis de personis ipsis, & rebus Ecclesiasticis, & omni disciplina ecclesiastica. C. de sac. san. eccles. & de Episcop. audien. 1. per tot. & in nouel. Iustiniani Magni const. 3. vt determinatus sit numerus clericorum. Constit. 5. de monasteriis & monachis. Constitut. 6. quomodo oporteat Episcopos, & cæteros clericos ad ordinationem perducere. & Constitu. 16. ne Episcopus presbyterum, vel Diaconum in locum defuncti instituat, quandiu supersunt aliqui carentes beneficio, sed capaces beneficij defuncti. & Constit. 47. de politia Ecclesiarum Aphricanarum. & Constit. 56. vbi omnibus parochis, & aliis maioris Ecclesiæ prohibetur quicquam accipere pro receptione nouorum clericorum, vel sacerdotum sub pœna priuationis beneficiorum suorum, & statuitur ministerium Ecclesiasticum sine sordibus & gratis administrari, remota omni nundinatione, cauponatione, & absque vllò quæstu. & Constit. 58. aduersus clericos suas Ecclesias relinquentes, statuit eorum beneficia aliis conferri citra vllam spem recuperationis. & Constit. 59. prohibet quicquam exigi non solum pro sepultura: sed etiam pro exequiis defunctorum. & Constitu. 67. Episcopis prohibet absentes fieri à suis ecclesiis, alioquin vetat eos percipere vllos redditus, nec sumptus quidem, sed vt in suos vsos erogentur. † Et Constitu. 83. ad sup-  
 161  
 plicationem Episcopi Constantinopolitani, dedit clericis priuilegium fori in ciuilib. tantum, & Episcopo nõ impedito, aliàs & omninò in criminalibus reliquit sub iudicio seculari. Quam constitutionem veteres Canonistæ acceptarunt. & inseruerunt in suo magno decreto. 11. q. 3. c. si quis cum clerico. & Constitutione 117. de diuersis capitulis, & solutione matrimoniorum. Constit. 123. de ecclesiasticis diuersis capitulis, vbi §. Ad hæc. ex doctrina diui Pauli. 1. ad Cor. 14. iubentur omnes Episcopi pariter & presbyteri, non tacito modulo, sed clara voce, quæq; à fidei populo exaudiatur, sacras preces & mysteria peragere. Quod etiam post quinquaginta annos approbavit, & recepit Gregorius Magnus, vt patet in sua præfatione in Ezechiel. Prophetam, & insuper præfatus Iustinianus Const. 133. dat regulas conuersationi Monachorũ, & Monacharum. & Cõstit. 146. etiam Iudæis, & quomodo oporteat eos scripturas legere, scilicet sacras. † Porro non est dubium præfatas omnes leges Iustiniani Magni prædecessorumq; suorum  
 162  
 Christianorum Imperatorum, legitimas fuisse, vt non solum liquet ex epistola Ioan. Papæ 2. in l. inter claras. de sum. Trin. C. sed etiam ex ipsa veritatis teste historia, omniumque etiam ecclesiasticorum Cronographorum concordia testimonio, vt manifesta sit vanitas (ne dicam impietas) non minus imperita, quàm adulatrix, quorundam Canonistarum, qui præfatas sanctas leges alij nullitatis, alij etiam impietatis damnare ausi sunt: non aduertentes, nec præ crassa hallucinatione cogitantes, sese sanctam illam primitiuam Ecclesiam prius damnare, & ab illa, & consequenter à vera Ecclesia (quæ semper vna est) separare. † Vt enim nemo, nisi nõ  
 163  
 tam phanaticus, quàm prorsus fidei inimicus, negare nequit primitiuam illam Ecclesiam sanctam fuisse, & à Spiritu sancto illustratam, & gubernatam, imò ista præstantiorem & sanctiorem: ita negari non potest præfatas leges quas illa cum gratiarum actione recepit: quibus etiam vt donis Dei, iuxta doctrinam Apostolorum, paruit) legitimas, & validas fuisse. Et quas ecclesia sancta recepit pro politia externa cum gratiarũ actione, vt dona Dei, imò quod plus est, non solum etiam leges antecessorum dicti Iustiniani non modò Christianorum, sed etiam ethnicorum, imò crudelissimorũ persecutorum religionis Christianæ, vt Diocletiani & Maximiani & similitum, quibus in his quæ non erant contra fidem, & præcepta Dei antiqua sancta Ecclesia, & boni Episcopi & Papæ fideliter & humiliter obedierunt. † Vsq̄ adeò vt Imperato-  
 164  
 res Idolatræ non alia ratione magis victi sunt, & mansuefacti, quàm per patientiam & fidelem obedientiam Christianorum, quorum industria in maioribus rebus, & periculis suis utebantur: quoniam experiebantur se nõ inuenire dexteriores, nec fideiiores suis superioribus, vt etiam testantur historiæ Ecclesiasticæ. Marcus Aurelius citra annum Domini 170. ita expertus est, & testimonium reddidit Senatui Romano in fauorem Christianorum militum, vt apud Tertullianum in sua Apologia contra Gentiles, lib. 5. † Sed quid dicent indocti illi Canonistæ  
 165  
 de Constantino Magno, quem tam ingentibus laudibus ad cœlum vsque vehunt, vt eum qui plus omnibus exaltauit, & honorauit Ecclesiam: Is enim iudicialiter cognoscebat de causis ecclesiasticis, præsertim Episcoporum, non solum in prima instantia per suos præfides, Proconsules & alios suos iudices ordinarios prouinciarum: sed etiam in instantia appellationis, maximè interiecta à sententiis Episcoporum et à Concilio septuaginta Episcoporũ, de quibus appellationi-

lationibus cognoscebat, & iudicabat nunc per semetipsum, nunc per suos delegatos, quos sibi placebat deputare. † Intantum quòd etiam Episcopus Romanus cum aliis per dictum Imperatorem delegatus fuit, acceptavit, & exercuit iurisdictionem delegatam: deinde à sententia delegatorum cum appellatum esset ad Imperatorem, detulerunt appellationi: & per Imperatorem, vel alios delegatos recepta fuit, & iudicata appellatio. Auferint-ne Canonistæ damnare factum principis tam laudabilis, & excellentis eorum etiã proprio testimonio? q̄ si audeant illum in hoc reprobare, & contumelia afficere (vt solent de aliis Principibus) audebunt-ne reprehendere Papam ipsum, & Episcopos illius temporis, & totam Ecclesiam primitiuam? q̄ si forsitan cauillantur quòd Episcopi & Papæ dicti temporis non audebant conqueri durante vita eiusdem Principis (quãuis huiusmodi cauillatio nimis inepta sit, nec admissibilis) quid dicent de sancto Augustino excellentiore omnium antiquorum Doctorum ab eis approbatorum, qui plus nonaginta annis post obitum dicti Constantini liberrimè scribens recitat & approbat iurisdictionem, acta & sententias dicti Constantini, quem asserit fuisse iudicem competentem? vt patet in secundo Tomo operum Augustini epistola 78. 162. 163. & in duabus sequentibus. & in lib. 1. suarum retractationum. c. 21. quibus accedit testimonium Nicephori auctoris Græci lib. 167 c. 43. † Quid quod ex propriis etiam codicibus apertè reuincuntur, non solum per argumenta aliorum textuum, sed per vulgatos ipsos tex. in c. principes seculi. c. administratores. 23. q. 5. vbi Principes & seculares potestates nonnunquam intra Ecclesiam (id est in rebus & personis ecclesiasticis) potestatem exercent, vt muniatur & conseruetur disciplina Ecclesiastica: quos text. Canonistæ restringunt, vt procedant, quando Ecclesiastici negligunt, vel abutuntur, vel quando eis placet potestatem (quam brachium seculare vocant) in eorum auxilium aduocare. *Rex non est brachium seculare.* Iste est eorum idiotissimus, & nouus modus loquendi ab eis fabricatus, quasi Rex ipse, Senatus eius, & omnis sua autoritas, potestas, & maiestas (& idem sancunt & dicunt de ipsa maiestate, & dignitate Imperiali) esset eorum sinistrum brachium ab eis dependens, & eis subiectum, non autem dominus & superior eorum, vt verè est autoritate Dei, & iure diuino. Quid quod etiam Canones eorum sui magni Decreti non tam contemptim loquuntur de potestate & dominatione, quam beatus Paulus Roma. 13. 1. super eminentem vocat. Veteres ergo Canonistæ, fatebantur se illi subditos, & à Deo stabilitam superioritatem super se, non autem ab Ecclesiasticis dependere. † Frustrà ergo nituntur noui isti Canonistæ: frustrà in re tam aperta angulos quærunt & restrictiones subdolas fabricant: quia de autoritate & legislatione Imperatorum & Regum, principaliter de rebus & personis Ecclesiasticis facta, & ab Ecclesia recepta, id què non subsidiariè in euentum negligentia, vel abusus tantum nec accessoriè, vt de vocatis in auxilium, sed principaliter tanquam principales, & soli legislatores eorum proprio iure, & nomine directo, & de eorundem legibus receptis per Ecclesiam non solum Orientalem, sed etiã Occidentalem etiam Romæ, & non modò tempore primitiæ Ecclesiæ, sed etiam deinceps: quinetiam pluribus seculis post sedem Imperialem trãslatam Constantinopoli, deinde etiam post actu diuisum Imperium. text. sunt expressi magno etiam Decreto inserti, distinct. 10. c. de capitulis. c. vides. c. quis autem. & c. vlt. vt supra num. 123. non repeto. † Sed addo text. c. Ecclesiæ. & c. victor. 97. dist. vbi in c. 1. Bonifacius 1. Papa, libellum supplicem direxit Honorio Imperatori (qui tum in Italia, & Occidente imperabat) rogãs, & obtestãs, vt perpetua lege sanciret, quatenus Romæ nunquã post obitum ordinetur Antistes: quod Honorius fecit & legem sanxit de electione Romani Pontificis, vetans omnib. etiam clericis ab ambitione cessare. Quòd si duo ordinati fuerint, neutrum futurum Põtificem, sed eum solum, qui noua ordinatione omnium consensu electus fuerit, quam legem ponit Gratia in d. c. victor. verbis quidem dispositiuis omisis: quia idem Grat. prius ea posuerat 79. distinct. can. si duo. † Rursus addo alium text. & canonem factum diu postquã Imperatores adeò debilitati erant, vt nõ auderent amplius apertè redire in Italiam, nec eò mittere sub titulo Imperiali: sed tantum sub nomine Exarchatus vicarium, qui residebat in portu maris Adriatici, videlicet in veteri Rauenna in ipso portu sita, vnde citius à Constantinopoli suppetias habere, & eò refugere liceret tantum aberat, vt Romæ sedere, vel morari auderent, tex. ille est in can. legem. 73. distinct. vbi Gregorius Magnus anno 600. fungens Pontificatu Romano recognoscebat leges Imperiales, easque obseruabat in causis & negotiis ecclesiasticorum, & eas obseruari curabat, & inter alias legem recenter factam per Imperatorem Mauricium, qua prohibebat Imperator quoscuq; milites, vel rationibus publicis obnoxios recipi ad clerum vel monachatum. quam legem Gregorius transmisit ad omnes Episcopos Italiæ & Sicilia, vt eam obseruarent, vt patet libr. 1. suarum Epistolarum, epist. 3. vnde d. can. legem. desumptum fuit. Cæterum breuitatis causa prætereo q̄ frequenter, q̄ seriosè dictus Gregorius Magnus in suis Epistolis, sese recognoscit subiectum Imperatorum Constantinopolitanorum, & vicariorum eorundem residentium Rauennæ, & quos Dominos suos vocat. † Rursus addo alium Canonem factum per Gelasium primum huius nominis, qui fuit Episcopus Romanus circiter annis centum ante Gregorium Magnum, in can. quis aut leges. distinct. 54. vbi non solum districtè præcipitur per leges Principum, ne recipiantur in clerum & ordinem ecclesiasticum serui ascriptitij, quos vulgò vocant homines manus mortue, vel alios personali capitationi sub tributo obnoxios, vel quadam seruitute corporali adstrictos dominis locorum. sed etiam iubentur degradari, qui contra dictas leges in clerum recepti essent. Verum est quòd paulò post prohibitio & rigor dictarum legum moderata fuit per Iustinianum Magnum in sua nouella 23. facta super diuersis capitulis ecclesiasticis, quæ recepta fuit per

per omnes Episcopos, vt apparet per text. in c. si seruus sciende. dist. 54. iuncta superscriptione Gratiani, quæ per errorem librarij attributa erat Leoni I. Imperatori: sed apparet per originale ipsius nouellæ, quod est Iustiniani I. Imperatoris. & ita corrigenda est dicta superscriptio, quam ego restitui in meis annotat. super eo textu, & consequenter videtis Iustinianum Magnum correxisse canonem prohibitorium Gelasij I. Papæ, de quo in dicto cap. quis aut leges, distinct. 54. † Alium insuper addo Canonem factum paulò ante Gregorium Magnum in 171 cap. principali. 63. distinct. per quem apparet, nouam quandam parochiam etiam in Italia erectam fuisse non per ordinarium diocesanum loci, nec per Papam, sed per Imperatorem, vt que milites præsidiales apud Santoncelles antiquum oppidum in litore maris Tyrrheni non postularunt à diocetano, nec à Papa Pelagio tunc Episcopo Romano, vt haberent Parochiam peculiarem cum omni ordine, & ministerio Ecclesiastico, sed postularunt ab Imperatore, qui abque diocetano, vel alterius requisitione iussit ita fieri, & hac de re diploma suum non supplicationis, vel petitionis, sed præcepti transmittit Episcopo Romano, vt illud exqueretur, & Papa paruit. † Rursus alium text. ad hunc canonem factum post Imperium actu diuisum, & in Occi- 173 dente translatus in Francos in c. de illicita. 24. q. 3. qui est vnus de Canonibus concilij Parisiensis habiti tempore Ludouici Pij Francorum Regis, & Imperatoris Romani, vbi expressim etiam ad verbum refertur præfata nouella 124. Iustiniani Imperatoris catholici. §. omnib. verò vbi omnibus Episcopis & presbyteris interdixit, ne quempiam prius excommunicent, quam causa probetur, propter quam Ecclesiastici Canones hoc fieri iubent. Quod si quis contra eam legem aliquem excommunicauerit, excommunicatus quidem maioris sacerdotis auctoritate soluat: excommunicator communionem separetur, quantocumq; tempore maiori illi visum fuerit: vt quod iniuste alij fecit, ipse iuste sustineat, id quod iterum recitatur & renouatur in c. nemo Episcopus. 2. q. 1. sed in d. c. de illicita. Concilium vniuersum Parisiense attestatur ecclesiam catholicam obseruare, & approbare dictam legem Imperialem: & tamen tunc iam plus trecentis annis Iustinianus Magnus dictæ legis author obierat. † Porro certum est Regem Francorum, qui supremus est in regno suo non minorem habere potestatem, quam Iustinianus ille Magnus, & alij Imperatores in imperio. Illud etiam Concilium Parisiense celebratum fuit auctoritate Regis Franciæ, & in quo, vt patet in c. 2. & ad finem 13. quæst. 8. renouata fuit, & obseruari mandata lex præfati Ludouici Pij, quæ est in dictis suis capitularibus de manso, decimis, & oblationibus Regum cuiusq; Ecclesiæ. † Quid quod nondum 344. anni (videlicet tempore Honorij tertij Papæ circiter octo vel nouem annos ante Decretales) non dubitatur etiam Romæ, quin clerici & Episcopi, imò & Pontifices legibus Imperialibus etiam generaliter, & super re spirituali (nempe iuramento) latis, ligarentur? vt est text. in c. 1. de iura. cal. extra, vbi pro certo & expedito habetur. l. 2. in prin. vers. ipsa personales personæ. C. de iureiur. propter cal. dand. in omni foro, & ab omnib. Ecclesiasticis personis, etiã Romanis, omnino obseruandam fuisse: nisi per aliam priorem legem, videlicet Marciani: ita enim & nõ Marco, vt hætenus perperam, legendum est, in d. c. 1. (vt ibi super text. dixi in l. clericis. §. quod si lis. C. de episc. & cler. ipsi clerici specialiter exempti fuissent ab onere iurandi in iudicio. Nec erat dubium, nisi super interpretatione legis Marciani, quam aliqui restringebant ad clericos Constantinopolitanos, ad quos d. lex dirigitur, & de quibus tantum loquitur: & sic interpretabantur exceptionem d. legis non pertinere ad reliquos clericos, sed eos manere sub regula legis Iustiniani, in d. l. 2. Alij verò super hac exceptione dubitabant: quia lex Marciani ab eodem Iustiniano inserta est Cod. & sic videbatur pro communi, non pro priuilegio speciali clericorum certi loci, innouata & promulgata. Super quo dubio Honorius 3. non suam adhibuit, sed Henrici Germani Imperatoris interpretationem recte secutus est, qui legem Marciani ad omnes omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere iudicauit: nec tamen per eam limitari legem Iustiniani, quæ in speciali casu iuramenti ex iusta causa præstandi loquitur. Itaq; vt vtrique legi satisfaceret, seruata etiã mente legis diuinæ, statuit vt Episcopi, Abbates, & clerici, non per seipos (quibus indecens est) sed per idoneos defensores (qui hoc iuramentum præstarent) litigarent. Quod si Ecclesiæ suæ expediret, vt per se litigarent, per se quoque de calumnia iurarent, iuxta legem Iustiniani. † Ecce sunt leges antiquorum Imperatorum, nõ solum Christianorum, sed etiam Ethnicorum, & leges Imperatorum Francorum, & Imperatorum Germaniæ obseruatas tanq; obligatiuas, non solum Romæ, sed etiam in ipsa curia, & foro Paparum, idque per eorum Canones, & decreta, & maximè tempore Decretalium Papalium, quæ factæ & editæ sunt nondum trecentos triginta quinque annos, & adhuc deinceps vsque ad tempus libri Sexti, & Clementinarum, qui Decretalium libri semper paulatim in deterius mandrabuli more prolapsi sunt, serpendo & vsurpando in præiudicium maiestatis Imperialis, & omnium regum & Principum. Plura adhuc alia citare possem exempla, & testimonia plurimorum bonorum authorum, sed prædicta ex ipsis Canonistarum & Papistarum libris transumpta plusquam sufficiunt. † Sed vt etiam his, qui in apertissima veritate rixari & cauillari non desinunt, penitus os obstruatur, etiam sacræ scripturæ concurrunt exempla & testimonia. Dauid enim Rex sanctissimus, Sacerdos omnes & Leuitas recensuit, & in certos ordines, per quatuor & viginti classes distribuit, vt ordinatim ministerio suo per vices perpetuò fungerentur. 1. Paralipom. cap. 23. 24. 25. 26. Ecclesiast. 47. b. † Et eandem totius cleri institutionem renouauit Ezechias rex laudatissimus, de quo 4. Reg. 18. sic dicitur: Fecit autem quod rectum erat in oculis Dei, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius: is sustulit excelsa, confregit statuas, & c. Porro Ezechias (vt ad verbum 2. Paralip. 31.) constituit

Excomunicatio.

174

Potestas Regum Franciæ.

175

Honorius 3. sub quo adhuc obseruabatur leges Imperiales in Ecclesiis.

Marcianus.

176

Henricus Imperator.

177

178

David circa Sacerdos.

179

- stituit ordines Sacerdotum & Leuitarum ad ordines suos (scilicet à Davide institutos) quem-  
 180 que pro officio suo. † Et hic ordo Dauidicus vsque ad aduentum Domini nostri Iesu Christi  
 perseverauit, vt Luc. 1. habetur, ibi: Cùm is scilicet Zacharias, qui erat de vice, seu classe Abia,  
 181 quæ erat octaua secundum præfatum ordinem Dauidicum, vt habetur 1. Paralipomen. 24. sa-  
 cerdotio fungeretur, in ordine vicis sue, coram Deo, secundum consuetudinem functionis sa-  
 cerdotalis. Flavius quoque Iosephus in vita sua gloriatur, se non solùm ex Sacerdotum genere  
 ortum, sed etiam ex vice prima inter illas viginti quatuor. † Vtque Ethnicorum exempla,  
 (apud quos idem erant Pontifices & Reges, vt de Aegyptiis refert Plato in libro de regno, &  
 de Romanis Isidorus etymologicon lib. 2. cap. 1. & habetur 21. distinct. cap. clericos.) præteream,  
 sanctorumque Regum leuia illa de oblationibus templi, à sacerdotibus in Regiam manum  
 translatis. 4. Reg. cap. 12. b. c. tempore Ioas Regis Iuda, & cap. 22. a. b. tempore Iosias Regis Iuda,  
 Salomon Rex, sola Regia autoritate (vt & Dauid pater eius) fungens, Abiathar summum sa-  
 182 cerdotem destituit, & Sadoch in locum eius instituit. 3. Reg. 2. templumque Domini cum om-  
 ni populo dedicans, benedixit omni Ecclesie Israel. 3. Reg. 8. Iudas quoque Machabeus elegit  
 sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, vt mundarent sancta, templumque  
 Dei, à gentibus & idolatris prophanatum. 1. Machab. 4. d. † Quid, quòd ipsi quoque sancti Re-  
 ges Iuda, Pseudopropheta, sacrificulis & idolis eiectis, corruptam religionem restaurarunt &  
 primitiua suæ puritati iuxta verbum Dei restituerunt. Ezechias enim dissipauit excelsa, con-  
 183 fregit statuas, succidit lucos, serpentemque æneum, quem fecerat Moses (quia populus ince-  
 perat abuti) confregit. 4. Reg. 18. Congregatosque Sacerdotes & Leuitas iussit puram legem  
 Dei resumere, dicēs: Auferte omnem immunditiam de sanctuario. Peccauerunt patres nostri,  
 & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eum auerterunt facies su-  
 as à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum. 2. Paralipom. 26. † Nec reformatione sui  
 regni contentus piissimus Rex scripsit epistolas ad omnem Israel, & cursores iussu suo prædi-  
 cantes, Filij Israel reuertimini ad Dominum Deum Abrahamæ, &c. Nolite fieri sicut patres vestri,  
 & fratres, &c. 2. Paralip. 30. Quas ob res in sacra Scriptura. 4. Reg. 18. dicitur sperasse in Domi-  
 184 no, ei que adhæsisse (qua scilicet in solidum, & non in alio) vnde erat Dominus cum eo, & in cun-  
 ctis, ad que procedebat, prosperabatur. Assyrios & Philistæos vicit. Rursus cultū verbo Dei in-  
 stitutum instaurauit Iosias æque sanctus, & laudatissimus Rex Iuda, abiectis omnib. que inuen-  
 tio & præsumptio humana inuexerat. 4. Reg. 22, 23. & 2. Palip. 34, 35. † Iam ergo manifestum est  
 etiam in Ecclesia, & populo Dei (qui erant Israelitæ) Reges & Principes imperium in Sacerdo-  
 res ipsos, & totum clerum habuisse, disciplinamque & politiam Ecclesiasticam ordinasse, idque  
 iure & laudabiliter fecisse: quanuis sacra ipsa mysteria, Sacerdotibus ac Leuitis à Deo commis-  
 185 sa non attrectauerint, nec impunè licuerit, vt de Ozia lepra percusso, quoniam thuribulo pre-  
 henso nitebatur incensum adolere, super altare thymiamatis. 2. Paralip. 26. Aliud enim sacrifi-  
 care, & munia ipsa Sacerdotum exercere, aliud sacerdotia, disciplinamque Ecclesiam congruo  
 ordine disponere, & conseruare, quæ officia discreuit Deus, nec confundi voluit. † Quod rur-  
 sus confirmatur statutis & exemplis Iosaphat sancti Regis Iuda, ab Elisæo Propheta laudati &  
 reueriti. 4. Reg. 3. qui, vt habetur 2. Paralip. 19. non solùm iudices ciuiles terræ constituit in sin-  
 186 gulis ciuitatibus, sed etiam pro politia Ecclesiastica constituit in Hierusalem Leuitas & Sacer-  
 dotes, & Principes familiarum ex Israel, vt iudicium & causam Domini iudicarent: quibus præ-  
 cepit dicens: Sic ageritis in timore Domini fideliter, & corde perfecto, omnem causam quæ ve-  
 nerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in vrbibus suis, inter cognationem & cognatio-  
 nem, vbicumque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificatione: ostendite eis  
 (scilicet ex lege Dei) vt non peccent in Dominum: Amazias autem Sacerdos & Pontifex ves-  
 ter, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit. Cùm autem dixit, ostendite eis, intelligit iuxta  
 legem Dei tantùm non declinando ad dextram, neque ad sinistram, vt Ios. 1. 7. 1. Paralipom. 28.  
 9. Ecce vt sacrificia & purè diuina sacerdoti relinquit: omnem autem externam & ciuilem &  
 Ecclesiasticam politiam disponit, omnemque causarum etiam ecclesiasticarum cognitionem,  
 & omnem iudiciariam & coerciuam potestatem regia sua autoritate exercere: & per cogno-  
 186 tores & præfectos suos administrari faciat. † Itaque Princeps magistratus, vel potestas (quam  
 Papistæ secularem diminutiua, & derogandi animo malè vocant) custodes totius legis tam pri-  
 mæ quàm secundæ tabulæ quantum ad res externas, idque speciali mandato & commissione  
 Dei, Deuter. 17. Ios. 1. vt & Dauid iniunxit Salomoni filio & successori suo. 1. Paralipom. 28. 9.  
 quapropter debet etiam cognoscere & iudicare de operibus exterioribus spectantibus ad pri-  
 mam tabulam Decalogi, sicut de spectantibus ad secundam tabulam. Quia non solùm secun-  
 da, sed etiam prima spectat ad vitam corporalem, & temporalem respectu disciplinæ & poli-  
 tiæ, ita tamen vt in concernentibus legem & verbum Dei, disponat conformiter ad illud nihil  
 addendo, vel detrahendo, aut alterando. Hoc enim respectu etiam Episcopus ipse & minister  
 Ecclesiæ, non est nisi simplex executor, & dispensator. 1. Cor. 4. a. Idem ergo à fortiori ratione  
 de Magistratu hoc respectu. Hinc rectè & scitè dixit Bald. super tract. pacis Constantiæ ad fin.  
 quòd in his quæ sunt iuris diuini, vel naturalis, etiam supremus princeps non potest cōcedere,  
 nisi vt veritas, hoc est cōformiter ad ipsam, alioquin quod agit, nullum esse penitus, velut id quòd  
 fieret per simplicem commissariam, vel procuratorem contra, vel ultra contentum in sua com-  
 missione, vel mandato. In his sententia nō facit ius, nec habetur pro veritate, sed prius oportet  
 esse ius & veritatē, ne quicquam suffragante consuetudine, aut aliqua temporis præscriptione,  
 seu ve-

Salomon  
item.

Ind. Ma-  
chabeus  
item.

182  
Imaginū  
cultus e-  
iectus.

Ozia.  
Aliud sa-  
cerdotis,  
aliud ma-  
gistratus  
officium.



seu vetustate: quia verbum Dei manet in eternum incōcūsum. † Sacerdotes autem etiam apud 187  
 Ethnicos nullam habebant iurisdictionem contentiosam etiam in rebus concernentibus Re-  
 ligionem: simplex enim merus putus articulus religionis ad eos spectabat, & omnis alia cog-  
 nitio ad magistratum, vt testatur Cice. in oratio. pro domo sua ad Pontif. Titus etiam Liuius lib.  
 9. 4. Decad. ait collegium Pontificum Ethnicorum respondisse senatui quod ad se scilicet Pon-  
 tificem non spectabat perspicere, nec iudicare de sumptibus, nec de quantitate eorum quę in-  
 sumenda erant pro eorum religione, & pro exequendis votis factis Diis suis. † In Ecclesia autē 188  
 Christiana, quis negare audeat minorem auctoritatem, & potestatem esse Regum Christiano-  
 rum, quā olim fuit in ecclesia Israelitica? An per Christum diminuta fuit, an per alium, & per  
 quem? Certum est non per Christum, qui oblatum etiam regnum refugit. Ioan. 6. b. Et peten-  
 ti fratrem suum iuberi diuidere hęreditatem, respondit, homo quis me constituit iudicem,  
 aut diuisorem super vos, Luc. 12. 14. & coram Pōtio Pilato apertē negauit regnum suum de hoc  
 mundo esse. Certum est etiam quod non per sacros Christi Apostolos, sed nec per eorum ve-  
 ros successores, sacrosque Ecclesię Doctores, qui (vt patet in Epistolis beatorum Petri & Pau-  
 li, & in scriptis Sancti Ambrosij, & habetur in magno Decreto cap. magnum. 2. q. 1. & beatus  
 Chryso. super nume. 122.) omnes docuerunt & scripserunt Regibus & potestatibus paren-  
 dum, eosque Dei ministros esse: quę propter eis subditos esse oportere, non solum propter iram,  
 sed etiam propter conscientiam. Roman. cap. 13. 1. Petr. 2. cap. modō ne quid contra Dei man-  
 data præcipiant, Act. c. 4. d. cap. 5. f. † In mandatis enim Dei exequendis, & ab omnibus obser- 189  
 uari curandis, præcipuum consistit Christianorum Regum officium. Deuteronom. cap. 17. in *Officium*  
 fin. vt etiam pulchrē beatus Hieronymus in comment. suis super Ieremiam. cap. 22. & habetur *Regum.*  
 in Decrero Gratiani c. Regum officium. 23. quęst. 5. Et docent gesta & exempla Dauidis, Solo-  
 monis, Ezechia, Iosia, sanctorum Regum Iudā, quos ob id Spiritus sanctus commendat, & in  
 exemplum proponit per ora & scripta Prophetarum & Hagiographorum suorum, Ecclesiast.  
 47. b. 48. d. & 49. quod etiam celebrat beatus Augustinus, epist. 50. & habetur in magno decre-  
 to dist. 9. c. 1. laceant ergo præstigię & imposturę, confictęque; a quibusdam Canonistis fabulę,  
 de quibus per Innocentium & alios in c. licet ex suscepto. de for. comp. Et hęc vitiligatorum (si  
 qua forsan adhuc supersint, vel hiscere audeant) ora obstruenda abundē sufficiant. † Hic per op- 190  
 portunē succedit epistola facta regi Henrico 2. die 1. Ianuar. 1551. paulo post editū factum, &  
 publicatum contra abusus paruorum datarū curię Romanę, contra quam epistolā (quia Gal-  
 lica erat, & ab omnib. legebatur) Cardinales, Sorbonistę, Senatus Parisiēsis Parlamēteus, fisca-  
 les seu regales Procuratores & Aduocati multum institerunt tam precibus, quę minis, etiam pol-  
 licitationib. aureis erga autorem, vt permitteret epistolam illam gallicā reprobari, aut saltem  
 radi. vel demī ē libro suo, id quod nullatenus voluit, sed eam veram & sanctā cum libro sub capi-  
 tis & omnium facultatū periculo propugnauit tam in dicto Parlamento senatu, quę in conclau-  
 diōrum fiscalium, quę in consilio priuato regis Catalaunis, vbi personaliter ad 12. accusationes  
 eam dixit die 15. Maij, anno Domini sesquimilesimo quinquagesimo secundo. Sequitur tenor  
 dictę Epistolę. prout ab eodem authore mense Augusto eodem anno Basileę Latina facta est.  
 Zelus quo semper adfectus sum, tum erga honorem tuum Rex. tum in rem & cōmoda nobilif- 191  
 simi regni tui, & Reipub. Francicę me vrsit, non solum componere, sed etiam tibi dicare recen-  
 tem hunc & nouum cōmentarium. Recentem inquam, quę ad hunc presentem laborem meum  
 attinet: antiquissimum verō, & nihil minus quę nouum, quod ad materiam & res in eo principā- 191  
 liter contentas: † nempe de potestate, quam, o Rex, habes a Deo, quamque; nobilissimā, & virtu-  
 tibus rerumque; gestarum gloria splendidissimi decessores tui, olim ab eodem optimo máximo 192  
 Deo habuerunt, custodierunt, & executi sunt, concedendo plures bonas sanctasque; leges & consti-  
 tutiones super statu, regimine & politia rerum ecclesiasticarum, tam in ecclesias, quę in ipsos eti-  
 am Episcopos regni sui. Vt notorium est fecisse fortissimum illum virtutibus & prudentia va- 193  
 lentissimum Carolum Magnum, huius nominis primū, Francorum Regem, & post eum Loy-  
 sium Pium, huius nominis primū, filium suum Francorum Regem, & plures illorum in eadē 194  
 Francię corona successores, † quos certissimū est in te non minorem, sed parem, imō eandem  
 potestatem & auctoritatem cum eadem ipsa corona transmisisse, prout ea potestas, dignitas, &  
 corona, res sunt notorię indiuiduę, & ab inuicem inseparabiles. Et antiquę illę cōstitutiones, 192  
 maximē præfatorum Caroli Magni, & Loysij Pij. Extant etiamnum in regeſtis supremę Curię  
 tuę Parisiēsis, & in sacris Ratiociniorum tuorum scriniis, & in multis authenticis libris, par-  
 tim etiam insertę magni decreti antiquę compilationi. Præfatę quoque; constitutiones, præser-  
 tim ecclesiasticę, susceptę ab ipsa etiam ecclesia, quę eis obediuit, vt constat non solum per li-  
 bros authenticos Chronographorum, qui vixerunt & scripserunt tam tempore dictarum con-  
 stitutionum, quā paulō post, sed etiam per sacra decreta. † Has autem nobiles antiquitates re-  
 morari oportuit non quo tibi noua attribuatur auctoritas ( quę est eadem ipsa solida & inte-  
 gra, quam habuerunt & exercuerunt præfati tui decessores) sed ad illam eadem defendendam  
 & propugnandam, & euidenter demonstrandum eandem ipsam ab omni tuo fuisse, & adhuc  
 subsistere, contra quosdā tenebriones, partim indoctos & ignaros, partim tergiuersantes, ma-  
 leque; adfectos erga excellentiam & amplitudinē dignitatis & auctoritatis tuę regię. † Nec enim 193  
 recens est, regnum quoque; tuum inquinatum fuisse huiusmodi non paucorum hominum fece, 194  
 qui nouis suis adinventionibus & fallacibus seductionibus, rumperent & abrogarent princi-  
 pale membrum Coronę tuę, & auctoritatis regię, quę est iudiciaria tua potestas & iurisdic-  
 tio suprema, et coronā

» suprema, nec non autoritas condendi leges & statuta, tanquam solus solidusque supremus  
 » regni tui dominus. Etiam ante ducentos quadraginta annos vsque adeo sensim vsurpauerant  
 » potestatem & iurisdictionem tam regiam, maioremque partem subditorum tuorum à tua sub-  
 » iecione & obedientia distraxerant, & vsque adeo etiam memoriam aboluerant & euertere-  
 » rant actorum & gestorum ab antiquis & decessoribus tuis Regibus, derogando supremæ alti-  
 » tudini tuæ, & authoritati sacræ & inuiolabili Coronæ tuæ regiæ, vt etiam vulgò persuasissent,  
 » nullam prorsus tibi, nec virtute quidem coronæ tuæ, potestatem, autoritatem, iurisdictionem-  
 » ue comperere statuendi, vel quadantenus ordinandi de rebus ecclesiasticis, nisi quatenus ab  
 » ecclesiasticis tibi daretur, tanquam simplici constitutionum & mandatorum suorum execu-  
 » tori. † Et vsque adeo præstigiis suis imperitæ multitudinis animos occuparant & dementa-  
 » uerant, vt in commune persuasissent non solum personas ecclesiasticas, sed etiam quoscunque  
 » simplices (vt vocat) confusatos, etiam nullum prorsus ministerium ecclesiasticum profitentes,  
 » nec exercentes quidem, sed prophanas vel mechanicas, aut viles tantum artes, reliquorum mo-  
 » re, quos laicos vocant, nullo modo subesse potestati & iurisdictioni tuæ, nec tuis quidem con-  
 » stitutionibus, sed ab his & à te prorsus exemptos esse. Idque non aliquo tuo, tuorumue decesso-  
 » rum Regum priuilegio, sed iure suo proprio, tanquam alius populus regnumque separatum:  
 » ita vt intra regni tui penetralia, nouum aliud (non iure, sed facto) regnum erexissent, mini-  
 » mè parens nec subiectum tibi, sed à tuis obedientia, subiectione & authoritate regia distractum.  
 » Quodque deterius erat, trahebant ad sese maiorem partem reliquorum subditorum ciuium &  
 » habitantium regni tui: adeo vt tempore illustrissimæ memoriæ Philippi Valesij decessoris tui,  
 Philipp. Petrus Cognierius Consiliarius & patronus eius memoriæ quam laudabilis, magno agone cer-  
 Valesij. tauerit, plurimumque laboris & operæ insumperit, vt ad curiam tuam iurisdictionemque re-  
 » giam reduceret partem eorum, quæ Præsules ecclesiarum regni sui eorumque officiales & af-  
 » fectæ distraxerant, & vsurpauerant: partemque subditorum tuorum ad natiuam suam subiectionem  
 » nem & iurisdictionem tuam reuocaret, quos ecclesiastici illi, alios penitus & in omnibus, alios  
 » in multis casibus & causis, sibi ipsis velut mancipia sua attribuerunt, priuatiuè & exclusiuè ad re-  
 » giam etiam supremam tuam potestatem & autoritatem, in magnum illius damnum, dedecus  
 » & decrementum. † Nec solum in distractionem, sed etiam in magnam vexationem subdito-  
 » rum tuorum naturalium, quos non modò coram se iurisdictionem subire cogebant priuatiuè  
 Regnico- ad te, sed etiam tandem deuolui faciebant in curiam Romanam, ibique præter demigrationem  
 larum ve & vexationem subditorum tuorum, magnam quoque partem pecuniarum & diuitiarum regni  
 xatio. tui efferri & consumi. † Cæterum ante iura noua Paparum (quas Decretales vocant) nulla  
 Aeraria exhausta mentio erat huiusmodi nouitatum & vsurpationum supra coronam & autoritatem tuam: sed  
 » postquam superuenere, permissumque & toleratum fuit, vt in scholis regni tui publicè lege-  
 » rentur, & enarrarentur, vsque adeo irrepsit simplicium & incautorum animis, quos persua-  
 » sos possederunt, vt omnem ferè autoritatem & iurisdictionem tuam absorberant, maiorem  
 » subditorum tuorum partem iam distraxerant: quando præfatus Philippus Valesius decessor  
 » tuus bono prudentique consilio fretus, & per doctas & illustres orationes præfati Cognierij,  
 » cœpit feruenti malo velut aquila offusa partim obuiare. † Cùm autem notorium sit, eos qui  
 » nihil didicerunt, nisi iura illa noua, seu decretales Paparum, vel qui ea bonis & antiquis legibus  
 » & maximè tuis constitutionibus præferunt, & sunt malè & præposterè docti, vtpote qui nec li-  
 » teras sacras, nec historias & antiquos autores, bonos libros politicos, sacra Decreta, & antiqua  
 » ecclesiæ Concilia legerunt: in eodem errore versari, etiam obloquentes, dentibus clam fren-  
 » dentes, & occasione data palam cauillantes & irridentes hoc tuum sanctum edictum, non plene  
